



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Concilia Provincialia Mediolanensis Sex

Borromeo, Carlo

Venetiis, 1602

Tituli Libri Quinti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62072)

CONSTITVTIONVM ET DECRETORVM

Synodaliū Prouinciæ Mediolanensis

Liber Quintus.

De Visitatione.

S V M M A R I V M.

- 1 *Visitatio Episcopi munus.*
- 2 *Illudque valde necessarium, ac debitum.*
- 3 *Visitatio ab Episcopis quando habenda.*
- 4 *Eis impeditis per quos alios. & de Parochijs. nu. 14.*
- 5 *Quos, & quot in eo munere secum habeant.*
- 6 *Vbi hospitentur, & cibum sumant.*
Lex de victu, procuratione, & muneribus seruanda.
- 7 *Mensaque qualis.*
- 8 *Notarius, Cancellariusue quid capere possit.*
- 9 *Pœna Visitatori contrafacienti quæ præscripta.*
- 10 *Visitatio ad salutem eorum, qui visitantur instituta.*
- 11 *Celeriter, & diligenter conficienda.*
- 12 *Visitationis initium ab Episcopali familia fiendum.*
- 13 *Quo ordine cetera loca; quaq; ratione Ecclesiæ omnes visitanda. 19.*
- 14 *Episcopus visitans, prædicet.*
- 15 *Præuatim admoneat.*
- 16 *Confirmationis sacramentum ministret.*
- 17 *Ad penitentiam cohortetur.*
- 18 *Viros, ad inquirendi rationem adhibeat: quæque alia faciat. nu. 19.*
Visitanda Civitas, & Diæcesis. supra 4.
- 20 *Cathedralis, & Collegiata Ecclesiæ Ministri, qua diligentia visitandi.*
- 21 *Parochiales item; ac Parochi quomodo visitandi.*
Iidem Parochi, in sermonibus habendis, eodẽ tempore probandi. 43.
Quoque modo Clerici horas suas collocent, inquirendum. 44. remissuẽ. De vita & hon. Cler. 81.
- 22 *Curatæ etiam Ecclesiæ, Monasterijs Regularium vnite, visitanda.*
Capella

- 23 Capelle quaque ea conditione institutæ, ut Ecclesiasticus superior eas visitare non possit.
- 24 Ecclesiæ insuper Equitum ord. Hierosolymitani.
- 25 Populus. 39.
- 26 Regulares.
- 27 Monasteria, ac beneficia commendata.
- 28 Monialium monasteria.
- 29 Hospitalia.
- Piaque alia loca.
- 30 Scholæ & de ludimagistris, nu. 17.
- 31 Disciplinantium Sodalitates 28. & de sodalitatib. nu. 4.
- 32 Bibliothecæ.
- Bibliopoleque. De Bibliotheca, & de profess. fidei. nu. 16.
- Visitatores quibus in rebus diligentiam adhibeant, quidque in eo munere in primis curent. 34.
- 33 Quid possint; quaque alia præstare debeant.
- 35 Quid Apostolica auctoritate exerceant.
- 36 Episcopo ad visitandum accidenti, quomodo obviam prodeant Parochiæ fideles.
- 37 Visitatione durante iidem intersint: idque ut faciant quod officium Parochi.
- 38 Ante initium visitationis quid ab Episcopo præstandum.
- Quidque ab eodem curandum, ut celerius visitatio absolvetur. 42.
- 39 Quid item à Parocho. 41.
- Præposito.
- 40 Canonicis.
- Capellanis.
- Beneficiatis.
- Fabricarū Præfectis.
- Hospitalium.
- Piorumque locorum.
- Curatoribus.
- 45 Visitationis initio Christianè viuendi regulæ de suggestu legendæ.
- 46 In illius sine, certisq; alijs solemnitatibus monitiones item pastorales, descripto recitandæ. 47.
- Quæ item monitiones ad ipsos Visitatores pertineant. De Monit. in Synodo legendis, nu. 14.
- 48 Decreta edenda, & quæ antequam à visitata Ecclesia discedatur.
- 49 Et nè multum temporis in eo ponatur, quid seruandum.
- 50 Quorum decretorum editio diutius differri poterit 52.

visitanda.

agendum.

P p Qualiter

- 51 *Qualiter illa concipienda.*
 53 *Quando, & quoties edenda gratis.*
 54 *In librum exscribenda: & ubi is liber aſeruetur.*
 55 *A quo ſubſcribenda.*
 56 *Illorum editionis dies notandus.*
 57 *Viſitator Episcopi gradu inferior quam viſitandi formulam ſeruet.*
 58 *Quo comitatu contentus ſit, & ſuprà, nu. 5.*
Contrafaciens vt punitur. ſuprà, nu. 9.
 59 *Inſtructiones preparatoriæ in Episcopali viſitatione in alijs viſitationibus ſeruandæ exceptis ijs, quæ Episcopi propriæ ſunt.*

1. de Viſitat. I

Seſſ. 24. c. 3.

4. de Viſit. 2



Nter Episcopalis officij munera, præcipua eſt, & ad ſalutem gregis maximè neceſſaria viſitatio. Ideò monemus Episcopos omnes, vt ſinguli ex decreto ſacri Tridentini Concilij Eccleſiam ſuam ac Diœceſim viſitent intra tempus, ab eodem Concilio præſtitutum.

3 Neceſſarium illud, ac planè debitum viſitandi munus, quod ex Sanctione Tridentina præſtari oportet, Præſentis noſtræ Episcopi ita ſollicitè exequantur; vt ſuæ quique Vrbiſ, ac Diœceſis viſitationem ſingulis iſtis annis, aut, ſi per Diœceſis amplitudinem non poſſunt, biennio ad ſummum iſti per ſe conſiciant.

4 Si verò legitima occupatione, cauſauè impediti, id muneris aliquando per ſeipſos obire nequeant, Vicarios generales, Viſitatorumque alios, huius rei uſu peritos, atque idoneos adhibeant, qui viſitationis officium ſedulo, vt pat eſt, præſcripto tempore exequantur.

2. Tit. 1. dec. 6.

Episcopus, cum ad viſitationis munus Sacerdotes idoneos adhibere poteſt, nè alijs inferioris ordinis Clericis vtatur.

4. de Viſitat. 5

Cum verò viſitationis munus iſti per ſe obeant, vel vnum vel duos Canonicos, vel alios quoscumque homines Eccleſiaſticos quos uſui, & adiumento ſibi fore viderint, prout maluerint, ſecum in ea viſitandi cura adhibeant.

1. Ibidem.

Comitatum autem nõ habeant niſi neceſſarium; in quo plures omninò ne ſint quindecim hominibus, & iumentis duodecim. Si plures duxerint, alant ſuis ſumptibus.

4. Ibidem.

Nè deinceps plures, quàm homines decem, & iumenta ſeptem ad ſummum ſecum in viſitando conducant, ſupputata hoc numero Episcopi etiam perſona, ac illius Eccleſiaſtici viri, quem ex huius Concilij decreto Episcopus quiſque aliquando præmittet; ſuis tamen proprijs ſumptibus licebit eis plures conducere.

At verò, qui Episcopis gradu inferiores ſunt, in viſitatione lōge pauciores,

ciiores, & homines, & iumenta adhibeant. Hoc decreto derogatum sit alteri in Concilio primo Provinciali edito.

6 Laicorum hospitia, eoque magis conuiuia, vt maximè possunt, omnes fugiant; isia autem ad illos diuertere aliquando necesse erit, cum cetera seruent, tum in primis caueant, vt nè extra mensè Episcopalis, & Clericalis modum, regulasque in visitatione præscriptas, quicquàm omninò ab hospitibus appareatur, apponaturve.

7 Caueant verò, nè legem de uictu, procuratione, & muneribus à sacro Tridentino Concilio definitam, transeant.

1. Ibidem. Sess. 24. c. 3.

In mensa duo tantum fercula afferre liceat. Quod ad reliqua attinet, decretum in hac Synodo factum, de Episcopalis mensæ moderatione seruetur.

8 Notarius autem, Cancellariusuè, nè quicquàm pro visitatione ab ijs, qui visitantur, vilo quouis nomine exigat, neque vllum doni, etiam pusilli, quocumque modo oblato, genus accipiat: ac nè item pro decretorum, ordinationum uè in visitatione confectarum actione, vel conscriptione, earum uè exemplo, etiam singulis vel Ecclesijs, vel Clericis, vel alijs, qui visitantur, iussu visitantis edito. At pro opera, labore uè, quem alterius, cuius interest, illarum exempla alio deinceps tempore petentis, causa in ijs exscribendis posuerit, mercedem capiat licet, pro taxe, in foro Episcopali præfixe, aut præfigendæ ratione.

4. Ibidem.

9 Si præter huius decreti præscriptum, cuiquàm graues fuerint, dupli restitutions teneantur; præterea inferiores, Episcopi arbitrio; Episcopus Synodi Provincialis iudicio alias pœnas subeat.

1. Ibidem.

10 Meminerint autem visitationem ad salutem eorum, qui visitandi sunt institutam esse, quamobrem illis maximè propositum esse debet, vt in eis incorruptam, orthodoxamque doctrinam, probatam morum disciplinam tueantur, ac restituant.

11 Dent autem operam, vt non solum quam diligentissimè; sed etiam quam celerrimè visitationem conficiant.

Sess. 24. c. 3.

12 Episcopi, qui ceteris omni bene, sancteque agendi exemplo præire debent, antequàm Cleri, populi que visitationem ineant, à se sua que familia visitandi initium vtiliter faciant; quo reliqui omnes domesticè illius visitationis actione, executione que incitati, pastoralia iussa, quæ ipsi visitando præscripserint, promptius, ac studiosius exequantur.

4. Ibidem.

13 Visitacionis ordo is adhibebitur, vt primum Ciuitatem, deinde Diocesim visitent: nisi forte aliud Episcopo videatur.

1. Ibidem.

In Ciuitate Cathedralis Ecclesia primo loco visitetur; tum singule Collegiate; deinceps Parochiales omnes; quo, & Parochi & quicumque præterea Sacerdotes, & Clerici in Parochijs commorantur, euocandi sunt.

Sess 7. c. 7. de refor.

sunt, scholas, Seminaria, Sodalitates, Hospitalia, ac cetera pia loca visitantes, studiosè, ac diligenter inspicient.

Trid. Con.
sess. 24. c. 3.

14 Studebunt verbi Dei prædicatione, vehementi cohortatione, ad religionem, vitæ innocentiam, pacemque & concordiam omnes adhortari.

15 Si verò priuata admonitione opus esse intelligent, in eam docendo, arguendo, obsecrando pro rei, personæ, ac temporis ratione incumbent.

16 Confirmationis sacramentum, ubi opus erit, ministrabunt.

17 Omnes ad penitentiam cohortabuntur; & quos aliquo peccato teneri cognouerint, cuius absolutio Episcopo reservata sit, eos præconfitentes, & humiliter veniam petentes, vel ipsi, vel per alios ad id munus delectos, absoluent.

18 In singulis locis à viris çrate, vñu, & probitate cõmendatis de omnibus subtiliter inquirent, quæ eos, p̄ officij sui munere scire oportebit.

19 Ecclesiam, & eius partes omnes inspicient.

An eo cultu, & nitore teneatur, qui domum Dei decet; si quid restituendum, reparandum, reconcinandum sit; iubeant ab ijs, ad quos pertinet, refarciri.

An sanctorum reliquie, tuto, ornate, decenterq; condite asservantur.

An quæ de sepulchris, ac cõmiterijs à nobis sancita sunt, re ipsa præstentur.

Si consecranda sint Altaria, consecrabunt.

Si qua Ecclesia aut cõmiterium pollutum sit, reconciliabunt.

Videndum etiam an desint vestes, libri, calices, patene, corporalia, & reliqua eius generis instrumenta, & ornamenta, quæ ad Altaris ministerium, & ad diuina officia sint necessaria.

An illa munda, & purgata seruentur.

An Missæ, aliaque diuina officia, qua oportet pietate, ac deuotione celebrentur.

An Ecclesiæ libri, vetera scripta, instrumenta, & privilegia custodiantur.

An eorum extet ratio, quæ in Inuentarium relata sunt.

20 Tum de dignitatibus, Canonicis, & alijs Ecclesiæ Ministris querendum erit.

An ritè sint ordinati.

An ordinibus initiati, quos eorum officij munus requirit.

An Ecclesias, beneficia, seu Ecclesiastica officia legitime obtineant.

An in ea se quisquam intruserit.

An resideant; & administrationi Sacramentorum, & Missarum, diuino-

diuinorum officiorum celebrationi, & anniuersariorum persolutioni, alijsque oneribus, & muneribus satisfaciant.

Quæ sit eorum vitæ, ac morum ratio; qui vestitus; quibuscum versari soleant; qualis sit eorum familia.

An sordibus, & illiberalibus artibus, & ab eorum gradu alienis, operam dent.

An Ecclesiæ iura, & bonorum Ecclesiasticorum possessionem defendant.

An eorum fructus rectè dispensent.

An pacem inter se habeant; se in aliorum pacificatione interponant; Inimicitiarum, & odiorum causas tollere studeant.

An populus pie versetur in Ecclesia; Missamque & alia diuina officia reuerenter attendat.

21 In Parochijs, præter ea omnia, quæ diximus, videant.

An Parochi ex decreto, in hac Synodo edito, libros habeant, in quibus baptizatorum, confirmatorum, cõpatrum eorum, qui matrimonio coniungantur, ac mortuorum nomina, & cognomina describantur.

An ritè sacramenta præbeantur.

An Sacrosanctum Eucharistiæ Sacramentum, Chrisma, & reliqua sacra, ea munditiæ cura, & custodia, qua debent, conseruentur; & suo tempore mutentur.

An Eucharistia pie, & honorificè, prosequente fidelium comitatu ad ægrotos adferatur.

An legitime matrimonia, & in Ecclesia, adhibitis ex decreto Tridentini Concilij denunciationibus, debito tempore contrahantur.

An suæ curæ commissas Ecclesiâs, maxime diebus festis, deserant, ut inserviant alienis.

An Dei verbum prædicent, & pueros rudimentis fidei instruant.

An libros, quos nos in hac Synodo habendos, præscripsimus, habeant.

22 Curatas Ecclesiâs, quæ Regularium Monasterijs, etiam ubi Abbas Generalis domicilium, sedemque Ordinis primariam habet, vnicuius iure adiunctæ sunt, Episcopus ex Tridentini Concilij decreto, Sessio. 7. cap. 7. visitet.

23 Singulis annis Episcopus ad præscriptum Concilij Tridentini eas Capellas visitet, quæ hisce etiam conditionibus erectæ, institutæ sunt, ut Ordinarius, aliusue superior Ecclesiasticus non possit, ne visitationis quidem correctionisue causa, aut alia quauis ratione id sibi vindicare; vsque adeo, ut si contrà attentatum erit, nulla, irritaque sit, & erectio, & huiusmodi voluntas testatoris. Si verò Capellarum erectio fundatiouè, ac testatoris voluntas hisce conditionibus præscripta

P p 3 Sedis

Trid. sess. 7. c. 7.

5. Quæ ad Synodum Con- greg. & Visit. attin.

Sess. 7. c. 8. Sess. 24. c. 9. Sess. 21. ca. 8. de refor.

6. Quæ ad Vi- sitat. pert.

Sedis Apostolicę auctoritate comprobata erit; tunc Ordinarius earum Capellarum administrationis, visitationis, correctionis uē ius nullo modo sibi sumat: nisi fortasse quibus testatur illarum administrationem, curationem uē reliquerit, aut commiserit, eos negligentes esse cognouerit.

24 Ecclesias præterea Equitum ordinis Hierosolymitani is iudex uisitet, ut Summi Pontificis Pij V. Constitutio præscribit.

1. Ibidem.

25 Denique dispiciant, an in populo sint hæretici, vsurarij, concubinarij, alijque flagitiosi, & facinorosi homines; qui inimicitias gerant; qui Quadragesimam, alia ieiunia, festos dies, & reliquos Ecclesię ritus non seruent; quique saltem semel in anno peccata sua confessi non sint; aut sanctam Eucharistiam non sumpserint.

An sint qui legata pia non exequantur.

An domestica disciplina patrum familias in educandis liberis diligens, pia, & honesta sit.

4. De Visitacione.

Fœminarum ac marium luxu, immoderatoque uestium sumptuentium, ornatum illum inanem, ac planè superuacaneum, & à Christianę vitę more sanè quàm alienum, unde tot malorum feminarum extare quotidie cernitur, omni Episcopalis muneris officio, & auctoritate prohibere, tollere, funditusque euellere studeant.

1. Ibidem.

26 His exquisitis, cognoscere studeant, quinam ex regularibus, & prædicandi munere fungantur, & fidelium confessiones audiant; an & eorum probata sit Doctrina; & probatę Doctrinę vita respondeat.

4. De sacram. pœnit.

Episcopus, & in vrbe, & , quo tempore etiam visitationem obit, in frequentioribus Diœcesanis locis Confessarios Sacerdotes, etiam Regulares aliquando ad se, tum singulos, tum vniuersos conuocet, & Tit. de Confessario, nu. 33.

3. De ijs, quę pert. ad ornatum, &c. Sess. 21. c. 8. de reform. Sess. 24. c. 9. Sess. 25. De Regul. c. 20. Conc. Taraconen. cap. 8. Cõc. Brac. 2. cap. 1.

27 Episcopus ex Tridentini decreti iussu, singula Monasteria, in quibus non viget Regularis obseruantia, aliaque Ecclesiastica beneficia, quę commendata sunt, quocumque nomine nuncupata, intrā Diœcesis suę fines posita, quotannis uisitet: idque opportunis omnibus remedijs, facta etiam fructuum, ad illa pertinentium, sequestratione, provideat, ut quę reconcinari, aut instaurari oportet, ea omninò vel reconcinentur, vel restituantur; tum indumenta præterea, ornamentorum suppellex, & sacre uestes comparentur; ac ministeria, quę ad diuinum cultum spectant, rectè, ordine, & cum dignitate in illis præstentur.

4. De Visitat. Sess. 25. c. 8. & 9. de regu.

28 Monialium Monasteria, Regularium uiri, curæ uē subiecta, quod ad clausuram attinet, diligenter, accuratèque uisitent; loca ipsa introspiciant; atque ex superiori etiam parte circumlustrent; & cautè, solerterque inspiciant prospectus omnes, aditus, & cetera denique omnia,

nia, quæ ad clausuram rectè tuendam vllò quouis modo pertinent.

29 An hospitalia, & alia pia loca rectè administrantur; eorumque bona prudenter, fideliterque in eum vsum, cui addicta sunt, distribuuntur. 1. Ibidem.

An qui in hospitalibus sunt, piè viuant.

Hospitalia item, aliaque pia singula loca, & sodalitia, pro auctoritate, facultate, & Canonum iure, & decretis Tridentinis sibi data, in singulos annos visitent; & quæ laicalia etiam, & merè priuata sunt, in ijs, quæ ad obseruandam piam testatorum voluntatem spectent, visitando corrigant, & reforment. 4. Ibidem. Sess. 22. c. 8. & 9.

30 De Scholis, sciant, quos libros discipulis Magistri interpretentur; & an illi officio suo satisfaciant. 1. Ibidem.

An Magistri tales sint, & ità admissi; quemadmodum in hac Synodo mandauimus, si secus amoueantur.

31 Sodalitates quascumque seu Confratrias, quæ Disciplinatum nominum vocantur, Episcopus, vt Tridentino Concilio iussum est, visitet, &c. De Sodalitat. nu. 4. 2. Tit. 3. dec. 22. Sess. 22. c. 8.

32 De Bibliothecis diligenter quærant, an in eis sint hæretici libri; aut qui aliter iure prohibeantur. 1. Ibidem.

33 Si quid in ijs omnibus tollendum, corrigendumue fuerit, tollent, & corrigent; & ad puniendos delinquentes, censuras, & alia iuris remedia adhibebunt. Sess. 24. c. 10.

Omnes verò summo studio monebunt, & hortabuntur; vt officij sibi commissi munus fideliter, ac diligenter exerceant.

Neque solum hæc, sed quæcumque à Tridentino Concilio, & à nobis præcipiuntur; & alia multa, quæ pro eorum prudentia, ac pietate ad vtilitatem, ac salutem populorum, eis in mentem venire poterunt, exquirent, & exequentur.

34 Diligentiam verò omnem visitando adhibeant non modo in Ecclesiarum cultu, & ornamento tuendo, augendoue; sed maximè in omni, & Cleri & populi pristina Christiana disciplina restituenda; in vtriusq; item moribus cognoscendis, ijsdemq; deprauatis corrigendis. 4. De Visit.

35 In eaque vel visitatione, vel morum Correctione etiam tamquàm Sedis Apostolicæ delegari, auctoritate Tridentini Concilij statuunt, moderentur, puniant, & exequantur ad sacrorum Canonum præscriptum, quæcumque illis ex prudentia sua pro subditorum emendatione, & Diocesis sue vtilitate necessaria videbuntur. In ijs neque vlla inhibitio, appellatio, aliudue quicquam impediatur, aut retardet executionem eorum, quæ ipsi mandarint, aut iudicarint, decreuerintue. Sess. 13. c. 1. Sess. 24. c. 10. Sess. 21. c. 1. c. irrefragabili, de off. ord.

36 Episcopo ad cuiuscumque loci, vel Ecclesiæ Parochialis, curatue visitationem aduentanti, cum illi potissimum, ut vetus Canon Con-

cilij Turonensis iubet, qui confirmationis sacramentum ab eo suscepturi sunt, tūm præterea reliqui omnes fideles, exceptis tantum ijs, qui morbo, aduersaue valetudine laborant, sicut in Concilio Rothomagensi cautum est, obuiam ordine prodeant; ac statis hymnorum, psalmodiarumque precibus, & cum gaudio, timore, summaque reuerentia illum, tamquam vicem Christi agentem excipiant, prout eodem Rothomagensi Concilio sancitum est, cuius Canone excommunicatio illis constituta erat, qui ei muneri defuissent.

37 Neque solum quo tempore ille aduentat; sed alijs etiam diebus dum visitatio Parochiæ sit, fideles quā frequentissimi adsint; ut ipsi omnes, ac singuli, si quid ad animarum salutem procurandam opus habent, proprio pastori, parentique liberè exponant; ei, quæ pro illius officij ratione oportet, interroganti respondeant; illum concionantem, monentem, & paternè arguentem, obsecrantem, & increpantem, audiant; eiusdem iussa, monita, & decreta suscipiant, atque Dei denique voluntatem, quam præsentibus per ipsum auribus percipiunt, non tantum obediendi propensione, sed etiam rectè factis omninò exequantur.

Id porro omne, ut fideles diligenter, promptoq; animo præsent, frequentissimiq; in Episcopali visitatione adsint, Parochorum, & aliorum quorum interest, sacerdotū sit, crebrò, prout vsu venerit, intrā Missarū solēnia illos docere, eū eas officij partes, quas Epō visitanti ab ipsis præstari conueniat, eū visitationum in primis utilitates, fructusq; salutes.

38 At verò ex visitationum laboribus, quò vberiores fructus exsistat, ac fidelium animi saluari aliqua præparatione excitati, & suffulti, quò pròptiores, erectioresq; fiant, eū ad benè agendum, tūm ad paternæ, & episcopali iussa, monitaq; amplectēda, & exequenda, tūm ad oēm deniq; Christianæ vitæ disciplinā sanctis institutis confirmatam, suscipiendā; ac præterea, ut visitatio & diligenter, & breuiter, & rectè denique cōficiatur, atque absoluaatur, has etiam de præparatione ab ijs præsertim, qui visitantur, adhibenda, instructiones adiungendas censuimus ijs decretis, quæ hoc ipso de genere in hoc, & in alio nostro Prouinciali primo Concilio edita sunt. Quibus porro instructionibus pro personarū, temporū, locorūq; suæ Diocesis ratione, ab Epō addi, detrahiq; liceat.

Primum vbi visitationis, vel generatim in vniuersa vrbe, Diocesisq; inchoanda, vel speciatim in aliquo oppido, locouè, aut Parochia, præsertim frequentiori, atque insigniori obeunda, certā diem Episcopus statuerit; pastoralibus etiam literis, eo potissimum nomine à se confectis, populum præmoneat, atq; cohortetur, cum ad alia pietatis officia, tūm maximè ad peccatorum Confessionem, sacram Communionem, precesque pro saluari visitationis euentu continenter habendas.

Triduo proximo, antequàm vniuersæ visitationis initium fiat, in

Cathe

Cathedrali Ecclesia quadraginta horarum orationem indicat; quam eiusdem visitationis nomine à Clero, & populo, qui in vrbe est, frequentiori in ea ipsa Ecclesia piè celebrari curet.

Hæc ipsa etiam orationis ratio Parocho, aliouè Ecclesie Rectore, cuius interest, cur ante, adhibeatur, antequàm Ecclesie Parochialis, curate aut oppidi, præsertim insignioris, visitatio ineatur.

Duobus verò, aut pluribus ante Constitutum visitationis tempus diebus, Archipresbyterum, aut Archidiaconum, vt in Concilio Rothomagensi cautum est, aut alium Ecclesiasticum hominem, quem maluerit Episcopus, præire iubeat, per singula oppida, vicos, Parochias, & loca Ciuitatis, & Diocesis, præsertim frequentiora, insigniora uè, quæ ille visiturus est. Ille verò in ista præter conuocatoq; Clero, & populo vniuersiusque loci nunciet Episcopi aduentum, eidemq; aduentanti obuiã, vt iustum est, prodire, cæteraq; in promptu haberi moneat, ac mandet. Pastorales item Epi litteras, edicta, instructiones, ad visitationem pertinentes, enunciet, atq; te euulget. Tū præterea quicquid de leuioribus causis ab eo explicari, agere Eps iusserit, id exequi studeat, vt nè ille veniens diutius ob eiusmodi causas in visitationis mora esse necesse habeat.

39 Parochus porro, aliusuè Ecclesie Rector, vel præfectus, in qua aiarum curam gerit, cum visitandus erit, pastorales Epi litteras, visitationis nomine editas, duobus ante illius Aduentum proximis festis diebus, intra Milliarum solemnia, cum populi frequentia ad est, de scripto recitet.

Idem præter de litteris, quas de confirmationis Sacramento ritè, religioseque suscipiendo Episcopus, instructionum, monitionum uè nomine ediderit.

Hoc ipsum præterea exequatur de alijs item litteris, edictis, & instructionibus, quas ob visitationem euulgari ille iusserit.

Sacerdotibus quoque & alijs, quorum interest, Epales instructionum litteras de scriptis, tabulis, libris, atq; rei Ecclesiasticæ monumentis, instrumentis, cæterisque id generis maturè preparandis, quo visitandi ratio, breuior, explicatiõque sit, significet, & recitet; ac in opus est, earum exempli exhibendi copiam illis faciat.

Quam litterarum, edictorum uè Episcopaliu euulgationem, recitationem uè, & serationem, & edicationem, & monitionibus, & omni alio tum publico, tum priuato cohortationum officio prosèquatur, prout expedire animaduertente: quò fidelium animos diligentius præparet, atque excitet ad suscipiendum Episcopalis visitationis officium vberissimo, ac salutarum animarum fructu.

Illud curet, vt nemo, qui intrà Parochie suæ fines habitat, omninò sit, qui eo visitationis tempore confessus, sacram communionem non sumat; idque ab Episcopo ipso, etiam si in alia Parochiali Ecclesia sumere.

sumere.

sumere oporteret, scilicet eò loci, ubi ille mane uisitans, Missæ sacrificium offerat.

Nemo item, qui chrismate non ante confirmatus, modo atate, in confirmationis litteris Episcopalis præscripta sit, illud ab eodem munus non accipiat.

Quamobrem tūm pridie diei Visitationis, tūm maximè ubi Episcopum visitationis causa iam aduentare cognouerit, certo aliquo, solemniq; campanarum sono illius aduentum fidelibus significet, quo frequentius etiam ex agro euocati, omni alia prætermissa actione conueniant, eique tale tamquàm necessarium munus obeunti, diligentius præsto sint, qua debent obseruantia, ac ueneratione.

Studeant item, Confessoriorum Sacerdotum, qui ad id muneris probati sunt, nisi Episcopi cura præmittantur, copiam necessariam habere, qui biduo, triduoè Parochiæ suæ hominum confessiones audiant, aut confessos reconcilient, ut stata visitationis, aliaue die, quam Episcopus constituerit, preparati sint ad sacram Communionem, & ad Confirmationem, qui nondum confirmati sunt, ab eo sanctè sumendam.

Ac propterea Confessionum causa eo tempore confessionalia multa, ad formulæ demōstrate præscriptum confecta, certisque locis in Ecclesia sua decenter collocata, si totidem non sunt, quot necessaria uidebitur, aliunde habere curet.

Hostias, uinum, uasa, mappas, & alia ad sacre Communionis, populo ministrandæ, usum necessaria, accuratè paret.

Locum item in Ecclesia præparet, atque ornent, ubi ab Episcopo confirmationis sacramentum fideles religiosè suscipiant.

Suggestum item decenti ornatu inuoluet, unde tūm ille, aliusue populo sermonem, concionemue habere possit; tūm Episcopalia monita de scripto pronunciar.

Pridie illius diei, quo Episcopus uisitaturus est, chirographa, schedulasue in promptu esse curet, eorum, qui confirmationis Sacramentum suscepturi sunt, & compatrium, compatriumque item ex præscripto instructionis litterarum de confirmationis Sacramento promulgatarum.

Omnium singularumque rerum, quæ uel consecrandæ, uel benedicendæ sunt, utpotè Ecclesiæ, Cœmiterij, Altarium, campanarum, uestium, indumentorum, tabernaculi, calicum, corporalium, crucium, imaginum, significationem, indicis ordine exaratam, Episcopo antedie uisitationis ita in tempore det, ut cum de apparatu, tūm de certa hora, uel die illas sacras actiones obeundi deliberare possit.

Sacristiam præterea adornet, atque instruat: in qua ex armarijs exposita sint sacra indumenta, uestes, pallia, uasa, ac reliqua omnia Ecclesiasticæ

facilitate suppellectilis instrumenta, atque ornamenta, præter illa, quæ in Ecclesiæ, Altariumque apparatu, & usu tunc erunt: eaque ordine ac pro colorum ratione distinctè collocata ita appareant, ut eo, & loco, & tempore in visitando recognosci certè, facileque ac breui possint.

Certo item, decentique Sacristiæ loco libri, ac volumina Ecclesiastica, ut Missalia, Breuiaria, Lectionaria, Antiphonaria, & alia id generis suis operimentis politè contexta, in oculis Episcopi appareant.

Tuto item eiusdem loco in promptu sint scripta, monumenta, Codices, quibus testificatio fiat, sacrarum Reliquiarum, in ea Ecclesia asseruatarum.

Eodem loco tabule item, scriptaue indulgentiarum, eidem Ecclesiæ concessarum.

Separatim alio Sacristiæ loco, vel in Archiuo, si illud à Sacristia distinctum sit, in promptu habeat, tabulas, scriptaue, ac monumenta, quæ pro ratione annorum distinctè notata, quæ ad Ecclesiæ, Altarium, Capellarumue iura, priuilegia, bonaque testificanda pertineant.

Librum item Statutorum, & Constitutionum, & tabularum, rituum, consuetudinum, si quas peculiare illa Ecclesia, eiusue Clerus habeat, præsertim in diuinis officijs, Ecclesiasticisque functionibus.

In promptu præterea, ac parata Inuentaria hæc infra ordine præscripta, rectèque contexta habeat, quibus singulis manu sua subscriptum sit.

Primo Inuentarium sacrarum Reliquiarum in sua Ecclesia reconditarum, ac simul monumentorum, litterarumue illas verè testificantium.

Alterum, in quo descripte sint indulgentiæ omnes, illi Ecclesiæ, eiusue Capellis, aut Altaribus perpetuè concessæ, aut ad tempus, quod adhuc peractum non sit.

Tertium, in quo sacre vestes, pallia, indumenta, & ornamenta singula; omnia, quæcumque suppellectilis Ecclesiæ sint, rectè, ac distinctè descripta, notataue appareant.

Quartum, in quo libri, scriptaue, littere, ac instrumenta id generis, quibus bona, iura, priuilegia Ecclesiæ, Altarium, Capellarumue testificata apparent, notata sint.

Quæ Inuentaria, quo tempore, & quibus presentibus proximè confecta sint, ex illius descriptione appareat, ut, si ita opus aliquando erit, rectè conferri possint, eademque ex scripta, in uisitationis acta referantur, prout Episcopus censuerit.

Paratum habeat, ac exhibeat indicem Dignitatum, Canonicatum, portionum, & aliorum id generis titulorum, Altarium, Capellarum, & Clericatum, quicumque sunt in illa Ecclesia, cum explicatione eorum census, ac onerum uniuersique adiunctorum; tum etiam fundationum,

tionum,

tionum, institutionum uē, & notariorum, qui foundationum tabulas con-
fecerint, tum singulorum præterea, qui ea Altaria, Capellas, portu-
nes, canonicatus, dignitates, aliud uē, quouis, etiam ad nuum amon-
bili, titulo obtinent.

Indicem etiam similem, cum simili explicatione titularum, & be-
neficiorum quorumcumque, tum Ecclesiarum, tum Oratoriorum Se-
cularium, etiam cælestium, quæ sita sunt extra illam Ecclesiam, intra
fines tamen eiusdem Parochiæ.

Indicem item Scholarum, Confratrarum, locorum, operum pio-
rum, quouis modo in ea Ecclesia institutorum, quo exprimitur, &
institutio, & institutionis tabula, à quo scilicet notario confectæ.

Rursus indicem similem Scholarum Confratrarum, Hospitalium,
locorum uē, & operum piorum, quorumcumque, quæ extra illam Ec-
clesiam intra fines tamen Parochiæ sita sunt.

Indicem quoque Monasteriorum, Præpositurarum, & huiusmodi
domuum Regularium, tam virorum, etiam si commendatæ sint, quam
fœminarum, etiam, quæ ab Episcopi iurisdictione immunes sint, quæ-
cumque in illius Parochiæ finibus sitæ sunt.

Paratum item indicem habeat, ac exhibeat, in quo Clerici, in sua
Ecclesiæ finibus habitantes, descripti sint, notatis eorum uisumque
tamen nominibus, tum domicilijs, phabitationibus uē Ecclesiasticis, aut
Sæcularibus: & item adscriptio an soli, an vnâ cum alijs, vel Ecclesiasti-
cis, vel laicis habitent.

Indicem item puërorum, adolescentium uē uitæ Ecclesiasticæ disci-
plinam ingredientium.

Musicorum item, Cætorum, Organorū; in quauis Ecclesia sonantia.
Laicorum item hominum, si qui sunt, Sacerdoti in Missæ sacro, aut in
diuinis officijs, funeralibus etiam, & in alijs Ecclesiasticis muneribus,
operam aliquam præstantes.

Indicem item prædiorum, bonorumque Ecclesiæ suæ; rursusque fru-
ctuum, & censuum, quos inde percipit, & aliorum inde reddituum,
ut potè oblationum, elemosinarum, quæ statis quibusdam anni die-
bus, vel ob solemnitates, vel ob anniuersaria, aliam uē causam fiunt.

Huic rursus alius index adiunctus exhibeatur, usurpationum bono-
rum, iurium uē illius Ecclesiæ, & alienationum præterea trigintra ante
Tridentini Concilij celebrationem, & confirmationem annis factarū.

Indicem etiam det reddituum, vel veterum, vel recentium, Capitu-
lo, Clerouē illius Ecclesiæ Communium.

Indicem quoque distinctum, reddiuum, emolumentorum, onerum,
& aliarum, ut supra, præscriptarum rerum, quæ ad Ecclesias tunc va-
cantes pertinent, notato etiam tempore, quamdiu vacent, & illius item
qui

qui earum fructus, vel decimas, vel primitias, vel alios cuiusuis generis redditus exigit, nomine descripto, & auctoritate, qua exegit item.

Indicem præterea census ab eo, qui sibi tamquam Rectori obuenit, distincti, ac separati, utpotè illius, qui vel ad fabricæ illius Ecclesiæ vel ad luminum, vel ad sacristiæ, vel ad alterius eiusmodi rei usum erogationem pertinet.

Promptos item habeat Codices Parochiales, unum scilicet baptismorum, alterum eorum, qui matrimonium contraxerint, tertium illorum qui Christma susceperint, quartum, quem proximè confecerit de numero, statumque animarum.

Regestum etiam, aut exempla Constitutionum Pontificiarum, ac litterarum Pastoralium, aut instructionum id generis, & edictorum, quæcumque ab Episcopo acceperit. In quibus singulis exemplis notatus sit dies, quo illa populo promulgari, legeritue.

Paratos item libros, & tabellas singulas, indicesuè habeat, ac exhibeat, qui debent in Sacristia esse ex præscripto Conciliorum Prouincialium, diæcesanorum, ac instructionum.

Si præterea curam, administrationemue habet bonorum Ecclesiasticorum separatim ab ijs, quæ sibi ad vitæ sustentandæ usum attributa sunt, aut fructuum vacantium sibi commendatorum; susceptæ, administratæuè curæ rationum Codicem in promptu habeat, atque exhibeat.

Separatim verò in promptu habeat, ut Episcopo tradat, tabulam decretorum Prouincialium, diæcesanorumque quæ vel ad diuinorum officiorum cultum, vel ad Parochialis curæ, disciplinæque Christianæ rationem pertinentia, nondum in Parochiæ suæ finibus executionem habuerint, causis, & impedimentis quoque explicatis, cur in executionis usum adhuc inducta non sint.

Tum præterea indicem, manu sua confectum, det eorum, qui infra notati sunt, si qui in Parochiæ suæ finibus id generis homines extant.

Hereticorum, hæresisue nomine suspectorum, aut libros hereticos, prohibitosuè habentium, vel legentium.

Publicè, ut infra potissimum, delinquentium, male factaque committentium.

Blasphemantium scilicet.

Superstitione, maleficijs, magicisque artibus utentium.

Eorum, qui in Pascha Confessi, sacram Communionem non sumpsissent.

Simoniacorum.

Uirus exercentium.

Concubinariorum, concubinatusuè nomine suspectorum.

Ille

Illorum etiam, si qui publicè, notorièque criminosi, quibus pro Tridentinæ sanctionis, Concilijque Primi, & Tertij Provincialis decretorum ratione, solemniter, vel publica indicenda sit pœnitentia; ut, aut tunc ipsi Episcopus eam iudicio suo statuat; aut illos, quos solemniter pro peccati gravitate pœnitere iussum est; à Cancellario notatos, ad se in eunte Quadragesima venire iubeat, cuius temporis initio illam de Ecclesiæ sanctæ more ipsi subeant ritu solemniter.

Coniugum inter se disiunctorum, neque simul cohabitantium.

Eorum, qui cognatione, affinitateve iuncti, matrimonium gradu prohibito contraxerint.

In Ecclesiâ parum reuerenter, ac non debita veneratione versantium.

Illorum, qui diebus festis Missæ sacrificio non interfint; aut ferilibus operibus dies festos violare, aut choræis, comestationibus, alijsque eiusmodi actionibus profanare soleant.

Talis, aliaque ludentium; aut istis domicilia exponentium.

Libros de rebus obscenis, parumque honestis conscriptos, obloenasque item imagines habentium.

Eorum etiam, qui inertia, desidia, otio, vel cauponis, tabernisue vinaris, ganeisue dediti sunt.

Marium, feminarumque; vestium immoderatum induentium, non sine manifesta Dei, hominumque offensione.

Omnium denique deprauatorum morum in Parochiæ suæ hominibus frequentium, ac publicorum.

Indicem item eorum hominum, intrâ Parochiæ suæ limites habitantium quibuscum Episcopus visitans pro varijs visitationis officijs, aliquando colloqui, agereue necesse habet. Horum scilicet.

Patrum familias.

Ludi literarij Magistrorum, Pædagogorum, Musicam etiam, Scriptionem, Arithmeticam, aliasque artes liberales profitentium.

Mulierum item docentium, puellasque sibi indisciplinam traditas, domi educantium.

Medicorum, Chirurgorum, Tonforumque rem medicam exercentium.

Pictorum, & Sculptorum.

Bibliopolarum, Impressoriamque facientium.

Ministorum publicorum, ut Syndicorum Confratriæ vniuersalisque Praefectorum, Curatorumue, & aliorum id generis.

Notariorum.

Opificum, artificumue in Parochia sua frequentiorum.

Hominum, operibus pijs exercendis aptiorum, aut iam debitorum;

&

& eorum, qui vite spiritualis, disciplinæque Christianæ studiosi adiumenta subministrare possunt rationibus, Parochiæ benè instituendæ viti necessarijs.

Pauperum, viduarum, pupillorum, cæterorumque verè miserabilium.

Cauponariam, cenaculariamuè exercentium.

Saltandi, tripudians diuè, ac sonandi in choræis artem profitentium, docentiumuè.

Exhibeat ipse ordinum, quibus initiatus est, ac beneficij illius, tum cæterorum etiam, si quæ alia obtinet, litteras, tum facultates scriptas, si quas ab Episcopo, eiusuè Ministris habet, vel suo, vel Ecclesiæ suæ nomine; vtpotà suscipiendi munus Missarum celebrandarum, audiendi Confessiones eorum, qui non sint de sua Parochia, cohabitandi cum laicis, vel extrà ædes Ecclesiasticas; adhibendi fœminas sibi inserviientes, locandi laicis domum Ecclesiasticam, exponendi capsulam pro eleemosynis, & eiusmodi.

Exhibeat item libros proprios, quos ex decretis Prouincialibus, aut ex visitationum, alijsuè Episcopi sui iussionibus, habere debet, vtpotè Breviarium, Missale, Calendarium proximè editum, librum Ritualementu seu Sacramentorum, Homiliarium, Psalterium, volumen Bibliorum, Catechismum Romanum, Codices Conciliorum, scilicet Tridentini, Prouincialium, & Diœcesanorum, quibus in libris inscriptum sit nomen possidentis.

Exhibeat præterea indicem aliorum librorum, quoscumq; impresos, aut manu exaratos habet.

40 Quod de sacris reliquijs, indulgentijs, indumentis, ornamentis, suppellectili Ecclesiastica, libris, scriptis, inuentarijs, indicibus, fundationum tabulis, redditibus, emolumentis, oneribus, vsurpationibus, alienationibusque titulis etiam beneficiorum, & ordinibus, ac cæteris denique Parocho, Rectoriuè, aut Præfeto Ecclesiæ, in qua animarum cura geritur, præscriptum est; id omne, & Præpositi, & Canonici, & Capellani, etiam mercenarij, & alij dignitatum, Canonicatum, Altarium, Capellarum, aliorumque beneficiorum titulum obtinentes; aut quouis nomine administrationem, curam uè habentes; & rursus fabricarum Præfecti, & Confratrium, Hospitalium, eleemosynarum, locorum uè, ac operum piorum quouis curatores, cum visitandi erunt, præstent; quatenus eo de toto genere constitutum vlllo modo pertineat ad eorū dignitates, beneficia, Capellas, & Altaria, titulos, & ordines, aut ad fabricas, hospitalia, eleemosynas, pia loca, vel opera, aut etiam Ecclesias, Altaria, Capellas eorundem præfectorum, vel curatorum administrationi, & procuratori committas.

Parochi

41 Parochi sit autem, aut Praefecti, Rectorisue, vt supra, intra cuius Parochiae fines facienda est visitatio, nisi Episcopus alijs potius id muneris aliquando dederit, illos omnes, & singulos in tempore praemoneat, vt praescriptum apparatus conficiant, atq; in visitatione praesentes adsint, tum praescriptam rationem, quam id praedent, diligenter docere.

42 Episcopus porro, quo visitationis rationem magis explicatam habeat, nec diutius quam par est, in mora sit, in omni praescripto apparatus recte conficiendo ab ijs, quorum interest, pro pietatis suae, Pastoralisque diligentiae studio omnem diligentiam adhibeat.

43 Quo vero Parochorum, & aliorum Sacerdotum in concionibus, vel sermonibus habendis ratio Episcopo explorator sit, haec praeter alias huius indagationis constitutas rationes seruare poterunt, vt, cum visitantur, sermonem, conuocato populo, praesentesque ipso Episcopo singuli in sua Ecclesia, vel vbi is maluerit, eo de genere, quod idem iusserit, aliquando habeant.

44 Illud autem, &c. De vita & hon. Cler. nu. 80. & 81.

45 Visitationis initio, certae Christiano more viuendi regulae, ex Oecumenica Tridentina Synodo, Concilijsque Prouincialibus, & diocesanis, omnique optima disciplina collectae, vulgari sermone, breuiter explicatae, ad communem Prouinciae usum per nos edendae, praeter illam decretorum, ad laicos pertinentium, denunciationem, in Concilio Prouinciali tertio Parochis praescriptam, de suggestu populo frequentissimo in vrbe, & insignioribus locis, vbi Episcopus expedire censuerit, clara voce legantur: vt omnes intelligant, secumque taciti inquirant, an ad praescriptas leges vitae Christianae modum susceperint. Tum ab Episcopo de illis interrogati, videant sui muneris esse, si quas in visitatione executi nondum sint, earum praescriptis, atque institutis parere quam primum, & quam diligentissime, pro salutatis disciplinae ratione, atque usu, rectis regulis confirmato.

46 Certas pastorales monitiones, vnicuique hominum ordini, seruituti proprie conuenientes, ex sacrarum litterarum fontibus, sanctorumque patrum disciplina, ex eisdem Concilijs haustas, ad omnium eorum magistratum instructionem, nostra cura communi Prouinciae usui conficiendas, vnusquisque Parochus, cum in fine visitationis vrbis, & vnicuiusque praesertim insignioris oppidi, tum certis anni solemnitatibus, prout Episcopus iusserit, & illis aliquid pro ratione loci, vel addendum, vel detrahendum censuerit, populo descripto recitet, atque euulget; vt fideles non solum visitationis iussis, decretisque alijs in omnes bene agendi partes confirmari sed sepius sui quique debiti officij, Episcopalis, Pastoralibusque vocibus moniti, in dies in via Domini maiores progressionem, habeant.

5. Quæ ad Synod. cōgreg. & visit. attin.

48 Visitationis munus ad Dei honorem, animarumque salutem utiliter institutum, quò fructuosius præstetur; maximè videbitur expedire, ut antequàm ab Ecclesia, pioque loco, cuius visitatio agitur, discedatur, decreta, eaque præsertim, quæ de structura, suppellectiliuè Ecclesiastica, constituta erunt, Rectori, alijue, cuius interest, relinquuntur, ut quamprimum fieri potest, diligenter inducantur in executionis usum.

49 Atque in eo quidem genere decretorum, quæ de illius, vel fabricæ, vel suppellectilis ratione sunt, cùm in instructionibus, ea ipsa de re ex Provinciali decreto editis forma præscribatur, non multum temporis ponetur.

50 Si quæ verò, utpotè de legatis, & alijs eiusmodi causis cognosci oportebit, de ijs, loci etiam visitatione cōfecta stant, decerniue poterit: sed curet Episcopus antea omninò, si fieri poterit, decerni, quàm ex ipsa plebe, Vicariuè regione abeat, si Diocesis locorum visitatio sit.

51 At qui in decretis non erit generatim, sed sigillatim, & quantum fieri possit, diligenter stauendum, & à quo, & cuius sumptu, & quò temporis spacio quicquàm fieri, præstariue oportebit; & quæ præterea pena negligentibus, aut contumacibus erit irroganda. Et verò si quæ in decretis exequendis difficultas, vel controuersia videbitur oriri posse; curandum erit, ut planè tollatur. Verùm hac salutari diligentia videat Episcopus, nè in visitando tempus, nisi necessariò protrahatur ad maiorem Cleri, vel Populi, vel Ecclesiarum sumptum.

52 Nec propterea tamen vetitum sit, quominus aliquotum decretorum cōfectionem, vel editionem differre diutius possit, si ita pro difficultate rei, aliaue ratione opus esse, aut expedire iudicauerit.

53 Visitationis autem decretorum exempla semel primò gratis omninò etiam, quod ad scriptionem attinet, edantur ijs singulis, quibus pro executionis usu edi, exhiberiue oportet: iterum etiam, atque adeò sapius itidem gratis, ut supra, edantur; si quæ iam edita sunt, aliquo modo, sine eorum culpa tamen, amissa, deperditauè sunt.

54 Quæ porò decreta, cùm primo eduntur; in libro benè cōfecto, accuratè, rectèque exscribantur. Isque liber in Sacristia Ecclesiæ, alioque decenti, tutoque loco asseruetur.

55 Subscribet præterea manu sua ijsdem decretis in eo libro Episcopus, vel qui eius nomine visitauit, vel Cancellarius, vel Notarius visitationis.

56 Eiusdem verò Cancellarij erit, publicis tabulis notare, in actaque visitationis referre, quo die singula decreta, ordinationesue singulæ editæ sint.

57-58 Si visitator gradu inferior sit Episcopo, propositam à nobis visitandi formulam in reliquis omnibus diligenter obseruet; in comitatuque octo hominibus ad summum, & sex iumentis contentus sit. Ibidem.

Q9 Quæ-

59 Quaecumque de preparatione in Episcopali visitatione facienda supra praescripta sunt, instructiones, eadem ferè omnes adhibenda erunt in alijs visitationibus; illa tantum preparatione excepta, quae pertinet ad ea, quae Episcopi tantum, Episcopalisuè muneris, & visitationis propria sunt; vt de solemnī receptione, de Crismatis facti ministratio, & alijs huiusmodi.

De Concilio Prouinciali, eiusque Constitutionibus, & decretis.

S V M M A R I V M.

- 1 Concilium Prouinciale quo tempore quoque anni die, & loco habendum.
- 2 Is dies, locusque à Metropolitano prorogari, mutariuè potest. Eiusdem diei, & loci constitutio edicti loco habenda. 4. 5.
- 3 Metropolitano impedito, antiquior Coepiscopus illud conuocandi iur. habet.
- 6 Concilio qui interesse debent, ipsimet adsint.
- 7 Legitimè impediti, quid agant, & què, qualemq; suo nomine mittant.
- 8 Contra absentes, vt procedatur.
- 9 Capitula Cathedralium procuratores mittere possunt.
- 10 Concilij inchoandi dies in Calendarium referendus: & quando etiam populo; & à quibus, & ad quem finem denunciandus. 14.
- 11 Scheda, ob eammet causam, quando, quibus in locis affigenda, cuius tenoris, & à quo subscribenda, quoque sigillo signanda. 12.
- 13 Litterae Pastorales Metropolitanī eo de genere, quibus item in locis, & quando promulganda.
- 15 Ante statam Concilij diem, Concilioque durante quibus in Ecclesijs, quibusque stans diebus, & à quibus Missa cantanda, celebranda, vel commemoratio facienda: quaeque aliae preces adhibenda.
- 16 Quid aliud ab Ecclesiasticis Concilium adituris praestandum.
- 17 Quae item curent Episcopi, antequam ad Concilium veniant; & de quibus in eo ordine referant. 18.
- 19 Ad Concilium veniens Episcopus quos, & quot secum ducere debeat.
- 20 Ei venienti, qui obuiam procedere debeant.
- 21 In urbem, quo habitu, & equitatu ingrediatur: & an populo benedicere debeat.
- 22 Quò primo, urbem ingressus, accedat.
- 23 A quibus; & qualiter in Ecclesia excipiat.
- 24 A Basilica ad Metropolitanū pergens, qualiter ab eodem recipiatur. Ecclesia,

- 25 Ecclesia, ubi Concilium celebrabitur, exornanda.
- 26 Concilioque instante, in eadem oratio Quadraginta horarum insituenda.
- 27 Oratio etiam sine intermissione à quibus in Civitate, & Diocesi agenda, Episcopi cura.
- 28 Prædie primæ Sessionis ieiument Episcopi, eorumque familia.
- 29 Campana quoque pulsanda.
- 30 Primo Concilij die, diebusque alijs quid à Sacerdotibus, & Clericis alijs, Concilio præsentibus, agendum.
- 31 Sessione prima processio solemnitas agenda; Missa à Metropolitano cantanda, qualisque sermo habendus.
- 32 Sessionibus in alijs Missis, sermoque à quibus celebranda, habendusque.
- 33 Conciliares actiones festis diebus mane saltem intermittenda.
- 34 Eisdem tota animi cogitatione intendendum ab Episcopis.
- 35 Congregationes generales cuius campana sono, quoque alio signo significanda.
- 36 Illis absolutis, vespere ad vespertinam orationem ab Episcopis convenienda.
- 37 Concilio inchoato quid à Choro canendum eoque durante quid festis diebus ab Episcopis agendum.
- 38 Quid item à populo, & à Clero.
- 39 Quidque à Clero in Capella adium Archiep. agendum.
- 40 De Ecclesiastica disciplina tractandum.
- 41 De Clericalibus item disciplinis, & Studijs agendum.
- 42 De earundem Clericalium disciplinarum explicatione differendum.
- 43 Quid etiam ab Episcoporum familia eo tempore faciendum.
- 44 Concilio non absoluto, qua facultate abire Episcopis liceat.
- 45 Eodem absoluto, non tamen adhuc dimisso, quæ agenda, repetenda, tractandaque.
- 46 Quæque Canonica regula ad Ecclesiasticos pertinenda quæque alia legenda.
- 47 Sessione in ultima dies futuri Concilij denunciandus.
- 48 Decretis Concilij à Metropolitano ab Episcopis, & Procuratoribus subscribendum.
- 49 Acclamationibus factis, Episcopi à Metropolitano pacis osculum accipiant, & quid ea osculi significatione præsent. 50.
- 50 Concilio dimisso quid agendum à Metropolitano, & quid ab alijs Episcopis.
- 51 Metropolitanæ iuri quatenus non derogatur in alibi convocando, prorogando mutandoque Concilio.
- 52 Pæna in Concilio quarto præposita locum habeant in futuris Concilijs.
- 53 Conciliorum omnium Provincialium decreta, cura Metropolitanæ uno volumine contexenda, & edenda.

4. De Conci-
lio Prouin-
ciali.
Sess. 24. c. 2.
de ref. c. pro-
pter Ecclesia-
sticas cū seq.
dist. 18.



Rouincialia Concilia, diuino munere, à sacra
Oecumenica Synodo Tridentina in vsum reuo-
cata, sicut tertio quoque anno ad eiusdem Syno-
di præscriptum conuocari, celebrariq; oportet,
ita maximè consultum esse debet, vt id ipsum
rectè, ordine, atque ex vtilitate Prouincię prele-
tar. Itaque & pro illorum vfu, in perpetuum

retinendo, & pro ceteris rationibus, ad eorundem actionem rectè, vi-
literque præstandam accommodatis, hæc tūm autoritate nostra, tūm
etiam de consensu patrum sancimus.

Primo singulis Prouincialibus Concilijs, tertio quoque anno ex ip-
sa Tridentina sanctione celebrandis, quæ indicere, conuocare, & cele-
brare ius Metropolitanum est, nos certā diem in posterū indicimus, decer-
nimus, & statuimus, feriā scilicet quintā, quæ à Pascha Resurrectionis
Dñi sub tertiam Dñicam cadit: certumq; item locum, nempe Metro-
politana nostrā Ecclesiam, Beatæ Mariæ Virginis nomine nuncupatā.

2 Hoc autem perpetuæ indictionis decreto, Constitutione uē Metro-
politani iuri derogatum, abrogatum nē sit, quo minus constitutum
diem, locum uē, prout necessitas postularit, vel iusta causa, ratione ali-
qua ei suaserit, prorogare, accelerare, mutare, ex Canonum iure, san-
ctioneque Tridentina possit, modo intra triennij, saltem spacium, ad
illius sanctionis præscriptum, semel celebret.

3 Neque rursus Metropolitanano legitime impedito, facultati illud
conuocandi, eadem Tridentina sanctione Coepiscopo antiquiori cō-
cessa, detractum sit.

4 Eius autem constituti Conciliaris diei, & loci, atque adeo Concilij
Prouincialis indictionem omninò ratam, firmamque esse volumus, ac
sine alia, vel litterarum significatione, vel edicti promulgatione, vel v-
la alia denunciatione, aut nuncio, tantum roboris, & auctoritatis ad
Episcopos, & reliquos quosuis omnes, ac singulos, qui Prouinciali
Concilio Mediolanensi, quacumq; ratione adesse possunt, aut debent,
quorum uē aliquid interest, monendos, & conuocandos, habere hoc
decreto sancimus, quantum illa, quæ indicendi eiusdem Concilij Pro-
uincialis ratio litteris, & nuncio, edictoque publico adhibetur.

5 Quamobrem propositis pœnis, Canonū iure sancitis, cum vnuer-
sos, & singulos Episcopos, tūm ceteros omnes, qui quouis iure cōsue-
dine, alia uē, vt supra, ratione, debent, Mediolani in Metropolitana Ec-
clesia præsentis adesse ad eam diem iubemus, quam tertio saltem quo-
que anno, Prouinciali Concilio de more incundo, celebrandoque cet-
tam, & statam hac constitutione in perpetuum decreuimus.

6 Quicumque verò, vel Episcopi, vel alij interesse debent, ac eo-

e. si quis Epi-
scoporum, &
cap. placuit,
dist. 18.

rum nomine alij; sed ipsimet stata die adsint; nisi necessaria iustaque causa, quamobrem debitum hoc officium prestare non possint, impediti sint.

7 Eam porro causam, tum Metropolitanam, ut Canonum iure cautum est, probent; tum etiam procuratorem certum, Ecclesiasticum hominem, mittant, qui suo nomine suscipiat, recipiatue, quęcumque Canonum, Concilijque Tridentini auctoritate, in Provinciali Synodo acta, gesta, constituta, decreta, sancitaue erunt. Si quis contra fecerit, aliaue ratione non paruerit, aut contumax erit, ex Canonum sanctionibus debitas luat penas.

Si quando Episcopus, iusta, eaque Metropolitanam probata, causa, ad Concilium Provinciale non accesserit, virum Ecclesiasticum mittat, qui non modo legitimam absentię excusationem, ut Canonum iure, Concilijque Provincialis quarti decreto cautum est, recte afferat, decretaque suscipiat; sed hoc etiam prestat, ut a Metropolitanam interrogatus, rationem diligenter, recteque reddat omnium, quę ad eius Ecclesię, cuius causa ab Epo huius decreti auctoritate mitti debet, rones attinet.

8 Quicumque porro ex ijs, quos constituta illa die adesse hoc decreto iustum est, adesse neglexerit, aut pratermiserit, contra eum agatur etiam edicto publico, Metropolitanam, aut alterius Ecclesię, lociue, vbi Concilium habebitur, si mutari quandoque contigerit, valuis affigendo.

9 Ad constitutum etiam illud tempus capitula Cathedralium Ecclesiarum inuitamus ad Concilium; quibus certos aliquis procuratores, Ecclesiastici ordinis homines, mittere licet; qui eorum nomine presentes in Concilio adsint; ac, si quę erunt, quę referre velint, ea Metropolitanam in Concilio coram exponant.

10 Ut verò omnibus, & singulis alijs, qui vel inuitati, vel alio iure interesse possunt, vel debent, quorumue interest, notior planè sit, atque euulgatior eiusmodi Synodi Provincialis indictio; certam illam Concilij inchoandi constitutam diem, ac locum in Calendarium, quod eo tertio anno editur, loco suo referri, conciliatemque diem notari; tum in octaua Natalis diei Domini, qui dies est Calendis Ianuarij, aut in Epiphania, prout in Ecclesia sua moris est, eiusmodi solemnes promulgationes fieri, intra Missarum solemniam populo frequenti, vna cum Paschę Resurrectionis Domini, aliarumque solemnium denunciatione de more iudici, significari, & denunciari vnusquisque Episcopus mandet.

11 Iubeat etiam Ecclesię suę Cathedralis valuis, alijsque locis, quę videbuntur, schedulam, grandiusculis litteris exaratam, duobus mensibus ante constitutam diem, adsistente frequenti populo affigi, his verbis.

Q 9 3 Conci-

cap. Eps. ead. dist.

9. Quę ad Synodum, &c. attrin. dist. 18. cap. Episcopus.

4. Ibidem. dist. 18. ca. 9. Episcopus.

c. fin. de ijs q̄ sunt à Pręlati sine cons. cap.

12 Concilium Prouineiale Mediolanense, per Reuerendissimum Archiepiscopum, decreto, edito, & promulgato, indictum, & conuocatum hoc anno. . die. . mensis. N. Deo auxiliante, in Metropolitana Ecclesia de more inchoabitur, & celebrabitur.

Cui schedulæ manu Cancellarij, Notarijue Episcopalis subscribitur, posito etiam sigillo consueto Episcopali.

6. De Con-
cilio Prouinc.

13 Concilij Prouincialis celebritati, atque actionibus, ut eius diligentem usum, normamque in dies teneremus, certas quasdam rationes in Synodo Prouinciali Quarta constituimus: quibus sanè rationibus operæ precium censuimus hæc adiungere, quò magis splendent illæ actiones, indeque fructus salutare existant.

Aliquot ante Synodi Prouincialis celebritatem diebus litteræ Pastores, eo de genere à Metropolitano editæ, cum in omni Prouincia ciuitate, tum in vniuscuiusque Diocesis locis, vbi promulgationem fieri moris est, Episcopo curante, rectè promulgentur: quò studiosius fideles excitentur ad precandi studium, pietatisque opera, quibus implorata diuina ope actiones conciliares adiuuentur. Atque ijs quidem litteris si quid Episcopus pro Diocesis suæ rationibus, atque vsu addendum censuerit, addat, licet.

4. Ibidem.

14 Conciliarem præterea hanc actionem singulis tribus proximis ante diem constitutam Dominicis diebus per Parochos, & Concionatores fidelibus denunciari, eosdemque non modo excitari ad frequentius orationis studium; verum etiam ad id inflammari vniuscuiusque Episcopus curet, ut die Dominico statam Concilij diem proximè antecedente, verè pœnitentes, & confessi, sacram Communionem sumant, hoc præcipuè precantes, ut quæ ad suam, & ad illorum, quorum cura commissi sunt, salutem pertinent, Dei auxiliante misericordia, in Concilio sancta sollicitudine agantur.

15 Ab eadem tertia Dominica ante præfinitum Concilij tempus, & deinceps, quamdiu de more illud absolutum, aut dimissum erit, eadem de causa, ac nomine, quinta quaque feria Missæ sacrificium, tum à singulis Sacerdotibus, tum solemniter Collegiatim, in omni Cathedrali, & Collegiata Ecclesia, de spiritu sancto fiat, prout Concilio Prouinciali secundo sancitum est; vel vbi solemnioris officij ratio hoc quòdoque impediatur, saltem commemoratio; tum etiam singulis diebus Dominicis, & in illis, & in omnibus Parochialibus Ecclesijs processiones, supplicationesque litanie, ac preces habeantur.

1. Tit. 2. dec.
§.

Cum primum Metropolitani litteris Concilij Prouincialis celebrandi dies Episcopis significata erit; illud ipsi curent, ut in omnibus & vrbis, & Diocesis suæ Parochialibus Ecclesijs quinta quaque feria, in singulas hebdomadas, quò ad illud de more absolutum, ac dimissum erit.

erit, Missa de Spiritu sancto celebretur: in Cathedrali autem, & Collegiatis Ecclesijs processionum præterea munus singulis diebus Dominicis obcatur; ex animoque preces fiant pro optimo ipsius Concilij euentu. Hoc idem planè seruetur, vbi à proprio Episcopo diocesana Synodi celebranda dies indicta erit.

Quod Concilio Prouinciali quarto de Missa, & oratione Spiritus sancti decretum est, id in posterum ita seruetur, vt à Dominica tertia ante constitutam Concilij diem, vsque ad id tempus, quo illius initium fiet, singulis diebus collecta de Spiritu sancto in Missæ sacrificio dicatur. Missa autem de eodem feria quinta celebretur, & supplicationes item fiant statis diebus ad præscriptum illius Concilij quarti. Vbi autè Concilij initium factum erit, in omni Ecclesia Prouinciæ Cathedrali, & Collegiata, stata, solemnisque Missa, quæ pro Concilio dicitur, quinta quaque feria celebretur; alijs autem ferijs Collecta pro Concilio à singulis Sacerdotibus in Missa piè recitetur.

6. De Concilio Prouinc.

16 Ecclesiastici etiam ordinis homines, & quos vnà secum ad Concilium Episcopi conduxerint, & quos Capitula miserint, & testes item Synodales, qui conuenerint; ij omnes, & singuli antequàm in viam se dent, peccata confessi, Sacerdotes Missæ sacrificium facere, Clerici sanctissimam Eucharistiam sumere nè omittant.

4. Ibidem.

17 Porro èd religiosius, & frequentius Episcopus vnusquisque in oratione & precibus, & sanctissimis sacrificijs, illo præsertim tempore versari studebit, quò planius se ad rerum grauium consultationem, & deliberationem vocatum esse videt.

Quò autem instructior is ad Synodaliū rerum tractationem conueniat; perquirat primo, quæ Tridentina, & Prouincialia decreta executus sit, quæ non item. Videat præterea, quæ ab alijs, quorū interest, præstira non sint, quæuè non seruentur.

Hæc verò accuratè inuestiget in primis, an qui, vel iure, vel consuetudine, vel alia quavis ratione residere debent, ipsi resi deant, anque residentia munera per eosdem præstentur?

An regulares exequantur, quæ Tridentina Constitutione de eis sancta, in defectum Capitulorum generalium in Prouinciali Concilio supplenda, prouidenda sunt, eiusdem Concilij Tridentini decreto.

Diligentiſsimè quoque indaget, si quæ superiorum Prouincialium Synodorum decreta sunt, quæ in sua Diocesi executionem non habuerint.

Id deniq; omni Christianæ disciplinæ studio perspieiat, si quæ sunt, quæ pro corrigendis moribus, pro abusibus tollendis, pro controuersijs componendis, aut aliàs pro vniuersæ Prouinciæ Ecclesiastica, & Christiana morum gubernatione sanctè instituenta, vel restituenda

tractari, aut decerni in Concilio oportet.

Quò studiosius autem id omne præster; paucis ante diebus, quàm Synodi Prouincialis stata, & indicta dies venerit, vrbis, Diocesisque suæ Sacerdotes aliquot, pietatis zelo flagrantes, rerumque Ecclesiasticarum peritia, atque vsu præditos, vt expedire videbitur, conuocet: quibuscum agat de ijs singulis conciliarium rerum tractationibus, ac præsertim, quæ ad vitæ Christianæ, & ad Clericalis discipline instituta interesse possunt.

18 Iis omnibus Episcopus instructus, vbi ad Concilium venerit, in eo de ijs ordine referat, atque agat; & in primis de diuini cultus obsequantia, tum de Cleri sui disciplina, spiritualibusque eiusdem progressionibus, ac de instituti etiam seminarij rationibus; de populi prætereà in studijs pietatis exercitatione, & de piorum hominum sodalitatibus; de Ecclesiæ denique, Diocesisque suæ omni statu. Si quid verò sit, quod Episcopus vtilius tractari posse censuerit, si Metropolitanano per litteras ante significandum erit, id præster, prout expedire iudicauerit.

6, *ibidem.*

19 Quod antiquæ disciplinæ fuit, vt Episcopus iter faciens, duos saltem Ecclesiasticos homines, vnum Subdiaconum, alterum Diaconum in comitatu haberet: id pro sanctæ sollicitudinis suæ zelo ipse ad vitam reuocare curet, cum præsertim ad Concilium veniat.

20 Episcopo ad Concilium venienti Metropolitanæ Ecclesiæ Vicarius Generalis, & alij Prælati, Ecclesiasticique viui, quos Archiepiscopus delegerit, duo, aut tria millia passuum obuiam prædeant.

21 Urbem, locumque, vbi Concilium celebratur, multis vectus, & inigne dignitatis Episcopalis viatorium indutus, decorè ingreditur. Cum ingreditur sancta charitate, rogatu, & concessu Metropolitanam quodammodo impulsus in via populo benedicere non recuset.

22 Primò urbem, locumque Concilij ingressus, ad Basilicam Metropolitanam primariamque accedat; vbi paulisper Deum sanctè precetur.

23 Ad Basilicæ valvas ei obuiam veniant, & qui dignitates obtinent, & Canonici, & Clerici quicumque illius Basilicæ.

Quod si fortasse tunc diuinis officijs in Choro occupati sunt: duo tamen, quattuorue, qui ex ordine Sacerdotum, & Diaconorum digniores sunt, è Choro mittantur, qui Episcopum ingredientem excipiant, & ad Altare maius deducant.

Dùm atrium, limenue Ecclesiæ ille ingreditur, eius aduentus, & ingressus solempni campanarum sono, & nisi diuina celebrantur, organo etiam, piaque cantus modulatione excipiat.

24 Inde à Basilica ad Metropolitanam ipse veniat, qui obuiam præ-

cedens

cedens fratrem Ep̄m omni charitate, & osculo pacis benignè excipiat.
25. 26 In Ecclesia verò, ubi Concilium celebrabitur, quæ etiam Ec-
clesia de more ornatur, ipsi proximis ante Concilij initium diebus,
oratio quadraginta horarum instituitur, fiatque à Clero, & à populo
frequentissimo pro optimo Concilij successu.

4. Ibidem.

27 Cùm verò Concilij Provincialis dies instat, oratio sine intermis-
sione, quæ à Clero, & à Monialibus religiosè ob eam
causam fiat, in Ciuitate instituitur.

6. Ibidem.

Idem in tota Diocesi præstetur: ità vt instituta quadam Parochia-
rum regionum uè vicissitudine in primaria Ecclesia Clerus, populus-
que Concilij causa, Deum piè oret.

Hæc omnia, & singula de oratione, vt præstentur, in qua quisq; Ci-
uitate, & Diocesi Episcopus curet.

4. Ibidem.

28 Pridie etiam illius diei, quo futura est prima Sessio, Episcopi, quo
religiosius rem grauissimam agant, ieiunium celebrent, & Episcopo-
rum item familia.

29 Eodem die sub vesperum, solemni more campanæ in Ecclesia
pulsentur: quod itidem fiat pridie illius diei, quo deinceps alia Sessio
futura est.

30 Postridie, quæ stata Concilij dies est, summo mane singuli Ecclē-
siastici homines, qui Concilij causa venerant; Sacerdotes quidem
Missæ sacrificium faciant, reliqui verò Clerici, præsertim qui de Epi-
scoporum familia sunt, singuli à suo Episcopo, Missam celebrante, sa-
cræ Communionem sumere studeant.

Hoc deinde frequentius, tum maximè, quo die Sessiones habentur,
facere salutariter procurent.

31. 32 In prima Sessione, supplicandi causa pro re grau, quæ geritur,
processio solemnis fiat, cõuocato vniuerso Clero, Sæculari, & Regulari,
post processionem Missæ sacrificium, vt à Metropolitano solet, eo impe-
dito, ab antiquiori Prouinciæ coepiscopo solemniter celebretur; & ser-
mo item Latine habeatur de re Cõciliaribus actionibus, disciplinaque
Ecclesiasticæ cultui accommodata. Hoc autem, & Missæ, & sermonis
officium sequentibus alijs Sessionibus præstetur ab alio Prouinciæ Epi-
scopo, qui à Metropolitano delectus, & inuitatus, id munus susceperit.

33 Singulis Dominicis, & festis diebus, dum Concilium Prouincia-
le habetur, manè saltem Cõciliares actiones intermittantur, vt Epi-
sopi Ecclesiæ, & officijs diuinis eo tempore vacare possint.

34 Episcopi ad rerum, ob quas in Concilium euocati sunt, actio-
nem tota animi cogitatione intenti, sicut illas omni pietate suscipere
debent, ità salutaribus consilijs adiuuare, summaque animorum con-
sensione, & concordissima Episcopali voluntate perficere piè studeat.

¶

id maximè spectantes, vt Deo, conscientia suæ, religioni, Ecclesiasticæ utilitati, Christianæ disciplinae, animarumque salutis satisfaciant.

35 Congregationes generales, quæ statæ in singulas hebdomadas habebuntur, significentur, tum campana mediæ sono, per dimidiam horam dato, tum tabellis suo loco de more affixis.

6. Ibidem. 36 Quotidie Concilij tempore, dimissa congregatione Vesperis ad Capellam inde Episcopi frequentes veniant ad orationem vespertinam.

37 Vbi primùm, operante Domino, Concilij Prouincialis initium, decreto ob eam causam promulgato, ritè factum erit, tunc hymnus, Te Deum, à Choro, cantoribusue piè concinatur.

Vbi præterea in aliqua Sessione Constitutiones, decretæ nouæ de more promulgata erunt, Episcoporum assensu à Metropolitano comprobata, tum Chorus concinat etiam hymnum, Te Deum, &c.

Singulis festis diebus, dum Concilium Prouinciale habetur, solemnè ritu ab aliquo Episcopo Missa celebretur; cui reliqui Episcopi, ordine confidentes, intersunt: & concio præterea, Synodalibus actionibus accommodata, ab eodem, aliouè Episcopo habeatur.

Festo item die, dum Concilium habetur, Episcopi frequentes ad Vesperarum diuinum officium conueniant, sacraeque tractationi intersunt, quam Metropolitanus, vel alius Episcopus habuerit.

38 Quo tempore Concilium Prouinciale celebratur, Clerus, populusque Mediolanensis quò frequentiori pietatis studio Prouinciales actiones adiuuet, septem stationales Ecclesias, instar Basilicarum vrbis Romæ à Pontifice Gregorio XIII. indulgentiarum dono ornatas, ex certa Parochiarum vicissitudine, quam Archiepiscopus præscripserit, supplicationibus obeat. Dùm item Concilium habetur in hebdomada quotidie, aut saltem tribus ferijs sacre conciones in Ecclesia Metropolitana, primariauè habeantur, quibus explicetur in primis omnis disciplina Christianæ ratio.

39 Singulis Concilij diebus, Clerus Ciuitatis in Capella ædium Archiepiscopalium Clericales aliquas studiorum exercitationes ineat, ad præscriptum Archiepiscopi.

40 De Ecclesiastica disciplina, certis partibus distincta, ordineque disposita, orationes Latinas, & frequentes Ecclesiastici homines habeant, quos ille iusserit.

41 Disputationum etiam de Clericalibus disciplinis, studiisque cursum penè assiduū eo tempore teneat; aliasque eius generis exercitationes habeat ex præscriptis rationibus.

42 Triduo præterea, statis scilicet illis ferijs congregationis publicæ, in eadem Capella explicatio disciplinae Clericalis, quæ in certas partes distributa sit, à perito Sacerdote, quem Archiepiscopus elegerit, to

in Concilij tempore, quàm diligentissimè habeatur, adhibeaturque ob-
eam rem cohortatio eius generis grauiſſima: cui cohortationi, & ex-
plicationi Clerus omnis vrbanus interſit.

43 Ut autem omnis Episcoporum familia Concilij tempore studio-
ſe, vtiliterque occupata ſit, quo tēpore congregatio habeatur, & ma-
nè, & veſperi à Theologo Metropolitanæ Eccleſiæ, aut ab alio, quem
Archiepiſcopus delegerit, pſalmi, vel aliæ ſacrarum litterarum partes
ſtudioſe explicentur, cui explicationi, atque interpretationi familiæ
Episcopales præſentes attentè adſint.

44 A Concilio autem nè cuiquàm Episcopo abire liceat, niſi neceſ- 4. Ibidem.
ſaria, iuſtanè cauſa, à Metropolitano cognita, & comprobata, abeundi-
que facultate ſcriptis data, ac procuratore Eccleſiaſtico homine conſti-
tuto, & relicto, qui ſuo nomine, quæcumque in Concilio acta, decre-
tae ſunt, recipiat.

45 Antequàm à Concilio diſcedatur, cum cętera, & ad optimos mo-
res inducēdos, & ad Eccleſiaſticę diſciplinę vim, vſumque retinendū,
atque augendum, & ad Tridentinas, Prouincialesque ſanctiones om-
nino exequendas pertinentia, quàm diligentissimè agantur; tum quę-
cumque in ipſa Tridentina Synodo ad Concilium Prouinciale refe-
runtur, ſtudioſe tum lectione repetantur, tum tractatione in executio-
nis vſum inducantur.

46 Canonice præterea regulę Oecumenicis Concilijs, Eccleſiaſti-
cęque diſciplinę monimentis traditę, quę Episcopalis, & Sacerdotalis
vitę rationem, officia, partesque maximè attingunt, de ſcripto legan-
tur, vt Canonum auctoritate iam pridem ſancitum eſt. In ijs potiffimū
ſit conſtitutio de vita Episcoporum in Concilio Prouinciali primo edi-
ta, altera item hoc quarto Concilio promulgata.

Formula etiam promiſſionum ad interrogationum præſcriptum,
quas pontificalis liber complexus eſt; ac ſi quę præterea alia erunt, quę
potiora pro ratione temporum Metropolitano videbuntur.

47 In vltima autem vniuſcuſque Prouincialis Concilij Selliſſione
dies futuri Concilij, ſuprà præſcriptus, Metropolitanæ iuſſu, denuncia-
bitur, vt antiqui inſtituti, & moris eſt.

48 Episcopi antequàm è Concilio diſcedant, ſinguli ordine ad Alta-
re maius accedentes, decretis, & conſtitutionibus, in eodem Concilio
conſectis, & promulgatis, poſtquàm Metropolitanus ſubſcriperit, ipſi
etiam aſſentiendo de more ſubſcribant.

Vniſquique item procurator Episcopi abſentis, antequàm abeat,
promulgata decreta, ſui Episcopi nomine ſuſcipiens, iſdem ſubſcri-
bat: ſi non fecerit, excommunicationis pœnam incurrat.

49 Abſoluto denique vt moris eſt, Concilio, & ſanctis acclamatio-
nibus

nibus factis, tunc omnes Episcopi surgentes, cum reuerentia osculum pacis à Metropolitanò accipiant, & sibi inuicem dent, cum timore, & amore Dei.

50 Quodque sancti osculi significatione ostendunt, id re ipsa præsentent, vt coniunctissimis animis, concordique voluntate, & pacis, atque charitatis studio, quæcumque sancita sunt, sollicitè exequendo in eam curam incumbant, vt vniuersa Prouincia hæc salutaribus disciplinæ institutis, ad vsum inductis, in omnes benè, pièque agendi partes æquè conformetur.

6. Ibidem.

51 Concilio ritè absoluto, & dimisso, Metropolitanus vnquemque Episcopum, qui ad se salutandum venerit, discedentem sancto osculo pacis dimittat, eiusque orationibus, & precibus sese intimè commendat.

E Concilio cum ad stationem Episcopalem Episcopus redibit, paulò ante, quàm itineri se committat, ad Ecclesiam Metropolitanam, primariam uè veniat, vbi paulisper oret.

52 Hac autem omni Constitutione, nè Metropolitanì auctoritati & facultati vllò modo derogatum sit: qua licet ei omni loco intra Prouinciæ fines Concilium Prouinciale conuocare, & habere: idemque in aliud tempus prorogare, mutare, alianè agere, gerere, quæcumque de Synodorum Prouincialium indictione, celebratione, directione, alijsque eiusmodi ab eo agi, ius sit.

53 Quæcumque verò suprà constituta sunt, quæ ad Concilij Prouincialis habendi vim, vsum, atque rationem quouis modo pertinent, quæque ad pœnas non conuenientibus, vel abeuntibus, alijs uè propositas, spectant; ea omnia, ac singula, vt mox suprà decreta, ac sancita sunt, locum itidem habere, statuimus, decernimus, & sancimus, in omni etiam Concilio Prouinciali in posterum celebrando; si vel constitutum diem accelerari, vel prorogari, vel diem, aut locum mutari, vel alia quauis occasione, vel causa, à Metropolitanò, vel antiquiore coepiscopo Concilium in dici, conuocari, celebrari uè contigerit.

5. Quæ ad diuina officia pert.

Postridie illius diei, quo Sessio vltima Synodi Prouincialis habita est, pro omnibus Prouinciæ Episcopis defunctis, præsertimque pro illis si qui post proximum Prouinciale Concilium diem obierint, Missa solemnitas à Prouinciæ Episcopo, cui id muneris Metropolitanus mandarit, canatur; & sermo item Latinus appositè habeatur: officiumque item pro illis à quattuor etiam Prouinciæ Episcopis iunioribus ritè more peragatur ad Pontificalis libri præscriptum.

6. Ibidem.

54 Quoniam non solum ad huius Prouinciæ commodum; sed ad rectam quandam disciplinam Concilij Prouincialibus decreta exequenda rationem valdè interessè potest, si quæ his ipsis Concilij constituta,

stituta, sancitaue sunt, pro subiecta materia ratione, certis titulis ordine distincta; cum iam quinque libris prout quinquies itidem eorum Conciliorum celebritas acta est, varie dispersa sint; in vnum volumem colligantur: ideo Metropolitanis cura, & auctoritate, vt alia editio omnium vsui accommodatior sit, illa, que ijs quinque libris continentur, quaeque in hac sexta Synodo sancita sunt, rectè, prout materiae, quae agitur, quaeque tractatur, ratio postulat, disposita, salua tamen vnusculiusque Constitutionis, & decreti Prouincialis sententia, vno volumine contextantur, atque ita ordine contexta, quam diligentissime edantur.

Quae potissimum ad hunc titulum pertinere possunt videantur in Tit. f. Quae generatim ad haec Prouincialia decreta, & alia pertinent.

De Synodo Diocesana.

S Y M M A R I V M.

- 1 Synodus Diocesana quando habenda.
- 2 Eius dies certus constituendus, denunciandus, & anniuersario Calendario inscribendus.
- 3 Diem ipsam mutare Episcopo licet.
- 4 Synodi rectè, & ordine celebranda ratio praescribitur.
Ea ipsa praescripta ratio in quibus ab Episcopo auferri, mutarique possit. 43.
- 5 Ad eam qui conueniant.
- 6 Ante statam illius diem, eaque durante, quae Missae, quibusque statis diebus, quibus in Ecclesijs, & à quibus celebranda: quaeque aliae preces habenda. & De Concilio Prouinciali, nu. 6.
- 7 Quae item à Parochis tam urbanis, quam Diocesanis, Vicarijs foraneis, & Regionum praefectis agenda. 9. 10.
- 8 Qua preparatione; quaque vitae disciplina eò conueniendum, nu. 11. ibique versandum. 12. 13.
- 14 Synodo durante à Sacerdotibus, qui conuenerunt, quotidie Missa celebranda; ab alijs communio sumenda, & quoties, quaeque preces aliae agenda.
- 15 Synodales qui ministri.
- 16 Decreta à quo legenda.
- 17 Pridie diei Synodus in Ecclesijs campana pulsanda.
- 18 Prima Synodi die mane Clerus conuocandus ad Synodalem Sessionem: quodque ea in re magistri caeremoniarum officium.

Ipsaeque

- 19 Ipseque Clerus quo amictu, & quomodo conveniat; utque in Sessio-
maneat.
- 20 Sessio Synodi quotuplex.
- 21 Sessio prima, processio agenda, Missa ab Episcopo celebranda, Ca-
nonicis pluvialibus indutis, nume. 36. Sermoque & qualis habende-
dus. 21.
- 22 Quaeque alia agenda, legenda, publicanda. 26.
- 23 Examinatores } deligendi, & qualiter.
- 24 Indicesque causarum }
25 Iidem examinatores, } etiam si longius, q̄ unius anni spatium Syno-
Indicesque } di actio differatur, suum munus exerceant.
- 27 Punctatores quoque } designandi, & quomodo: & quando, atque
- 28 Testesque Synodales } ubi iuramentum praestent.
- 29 Iuramentum ubi, & qua ratione praestandum.
Ecclesiastici item in Civitate certi à Diocesano Clero eligendi, qui vi-
banae Congregationis deliberationibus intersint. Quae pert. ad bono-
rum, & iur. & c. nu. 37.
Sequentibus Sessionibus à quibus Missa celebranda, pluvialia in-
duenda, sermoque habendus. 35. 36. 37.
- 30 Sessio secunda, qua alia agenda.
- 31 Sessio tertia, qua item promulganda.
- 32 Quaeque monitiones ad Ecclesiasticos pertinentes, legende.
Sessio à prandio dilata, ea campanae sono significanda, utque ab Epi-
scopo ibi induendum, & quid à Clero vesperi agendum. 38. 39. 40.
Sessio uniuscuiusque acta à Cancellario notanda, & in libro refe-
renda. 41.
Eadem absoluta, ab Episcopo benedicendum. 42.
- 33 Indictio Synodi sequentis.
- 34 Cerimoniae, & alia in dimissione Synodi.

4. De Synod.
Diocel.
Sess. 14. c. 2.
de reform.



Episcopus ad Tridentini Concilij praescriptis sin-
gulis annis, ac item semper sex post Provinciale
Concilium mensibus Diocesanae Synodum
habeat, poena proposita, Canonum iure, & Tri-
dentino Concilio renouata.

Quare quod in nonnullis huius Provinciae
Ecclesijs moris fuit, in prima proxima Diocesa-
na Synodo, certum diem Synodalem constituat, quo Clerus ad illam
conueniat. Hic autem dies in singulos etiam annos, Cathedrali in-
Ecclesia de suggestu, die Epiphaniarum, vel Kalendis Ianuarij, ut alios
solemnis dies denunciari consuetudinis est, indictus, Calendario etiam
adscri-

adscribatur, quod in singulos annos confici solet.

3 Certum autem illum diem, prout causa postulabit, modo prorogare, modo accelerare, ac mutare Episcopo liceat, arbitrato suo. Ità tamen, vt neque sex mensium spacium post celebratum Concilium Prouinciale, nec rursus vllas annus prætereat, quo Synodum non habeat.

4 Adea verò, quæ in Concilio Prouinciali quarto de Synodi Diocæsanæ, ad Tridentini Concilij præscriptum quotannis celebrandæ, perpetua indictione decreta sunt, hæc etiam, quæ sequuntur, addenda censuimus, vt cum vsui, tum rationi illius, rectè, ordineque habendæ prospectum, & consultum sit. 5. Quæ ad Syn. &c.

5 Synodo Diocæsanæ vniuersi, & singuli Sacerdotes, & Clerici cuiuscumque ordinis intersint, quicumque Canonum iure, vel Ecclesiasticis Sanctionibus, vel Tridentino decreto, vel consuetudine, aliaque ratione interesse possunt, aut planè debent. Scilicet. 24. c. 2.

Ad sint verò inter cæteros quicumque beneficium Ecclesiasticum, cuius causa, de iure, aut consuetudine adesse debent, in ea Diocæsi obtinent, cuius Synodus celebratur, quàmuis in alia domicilium habeant. Atque in ijs quidem, quæ ad beneficium illud pertinent, eiusdem Synodali decretis, iussisque obtemperent.

Regulares, quicumque sint, qui in quavis Ecclesia Parochiali etiam quæ in suo Monasterio existit, quæuè eidem adiuncta est, curam animarum gerunt, Synodo Diocæsanæ intersint; ad statas illas congregationes, lectiones uè, quibus Parochos interesse iustum est, conueniant; menstruos item illos Parochorum conuentus, quos in Diocæsi haberi decreto cauimus, tum ipsi adeant; tum in Ecclesijs, vbi animarum curam gerunt, Monasterij sumptu habeant; & omnia denique munera, onerantè Parochialia, quæ cæteris Parochis imposita sunt, præstent omninò. Ibid. c. si.

6 Ante statam Synodi diem per mensem, quinta quaq; feria in Missæ sacrificio, si quadragesima est, oratio de Spiritu sancto dicatur: alio autem tempore, die eodem Missæ celebretur, cæteraque præstentur, prout secundo Prouinciali Concilio sancitum est. 2. Conc.

7 Synodalis hæc actio aliquot ante diebus per Parochos populo denuncietur, eorumque vniuscuiusque officium sit, Parochialis suæ Ecclesiæ homines docere, tum quàm sanctum, salutareque sit, Synodalis Diocæsanæ actionis institutum: tum quàm ob causam quotannis ea actio suscipiatur.

Quo de genere editas ab Episcopo litteras, Parochus suo quisque populo cum in Missæ Parochialis sacrificio is frequens adest, accuratè legat: cui muneri adiungat hoc etiam paternæ cohortationis officium, quo

quo non modo illum excitet ad frequentius orationis studium Synodali-
bus illis diebus adhibendum; sed etiam ad id singulos inflammet,
ut die Dominico, statim Synodalem diem antecedente, verè po-
nitentes, & confessi, sacram Communionem sumant; hoc præcipue
precantes, ut quæ ad eorum salutem pertinent, Dei auxiliante misericor-
dia per Episcopum in Synodo diligenter, sanctèq; agantur.

8. Quò puriores autem Ecclesiastici ordinis homines, qui in Synodo
adesse debent, ad eam actionem, quæ religiosam animi preparationem
ab illis deposcit, conueniant; omnes, & singuli Dominico illo die, Sy-
nodum præcedente, peccata primùm confessi, non solum Sacerdotes
Missæ sacrum faciant; sed reliqui singuli cuiusvis ordinis Clerici, san-
ctissimam Eucharistiam sumant.

9. Antequàm stata Synodi dies veniat, & in Ciuitate ij, quibus idem
Episcopus dederit, & in Diocesi Vicarij foranei, & Parochi præter-
eà, tum vrbanj, tum Diocesani, ut ipsi Episcopo adiumentum affe-
rant, diligenti aliqua earum rerum indagatione, ac relatione quibus
per eum consuli, aut prouideri in Synodo præsertim oportebit, hæc
quæ infra generatim, vel vniuersè mox præscribentur, sedulo videant,
ac notent, ut ea omnia ad præscriptam ab eo rationem, & normam tum
litteris, tum coram constituto tempore deferant. Idque omne, præter
diligentiam, quam de hoc genere toto, testes Synodales ex decreto pro-
uinciali adhibere, & præstare debent.

Pgimò igitur ij omnes pro suorum quique munerum, officiorumque
ratione & cura dispisciant, quæ Cleri sit in Clericalis vitæ moribus pro-
gressio: quæ in vita spiritali disciplina, & quam sollicitum in diuino-
rum officiorum cultu studium: quàm diligens in Ecclesiasticis fun-
ctionibus obeundis sollicitudo; quæ etiam, & quàm frequens in lute-
rarum exercitationibus curà; qui in earum studijs progressus item.

Vicarij autem foranei, & regionarij in Ciuitate præfecti, alijs Ecclē-
siastici homines, quos ob eam causam Episcopus delegerit, exquirant,
qui præterea Parochorum in primis, zelus in animarum salutē procu-
randa, quæ in sacramentis ministrandis sedula diligentia, quàm fre-
quens in pascendis verbo Dei fidelibus officium, quæ denique in om-
nibus Parochialis muneris partibus vigilantia, quæque assiduitas.

Denique ij omnes, & singuli pro sui officij munere inuestigent, quæ
populi in Christianæ charitatis operibus exercitatio, quàm religiosus
festorum dierum cultus, quàm pia in Ecclesijs conuersatio, quæ in Do-
ctrinæ Christianæ scholis frequentia: tum de alijs pijs sodalitatibus
disquirant, tum denique de reliqua omni eiusdem populi disciplina,
& in via Domini progressu.

Post videant, qui singularum Ecclesiarum, præsertim Parochialium,
status;

status; an si quæ instaurationem desiderant; an debito cultu fraudantur; an sacris vestibus, ornamentis, suppellectiliq; Ecclesiastica ad cultum necessaria, instructæ sint; an denique vlla ex parte incultæ.

Postremò an si aliqua sunt Prouincialium, Diocesanarumq; Synodorum decreta, edicta, visitationum præscripta, aliaue Episcopalia iussa, quæ executionem non habeant: quid item impedimèti, aut difficultatis, aut denique causæ sit, quamobrem eorum executioni nõ sit locus.

Id autem omne, quod ad executionem attinet, notent, tum iidem, vel præfecti, vel delecti Ecclesiastici homines; tum Vicarij foranei, tum Parochi, alijque qui Ecclesiastica beneficia obinent, prout eorum vnijus cuiusque in illis exequendis partes sunt.

Cùm autem Synodalis dies propè adest, Vicarij foranei pridie illius diei adfunt summo mane in adibus Episcopalibus: eoque ipso die quàmprimùm Episcopo nomina, & cognomina tradant, eaq; ordine descripta, Sacerdotum, & Clericorum singulorum, qui ad Synodum conueniunt, ac rursus absentium, causis sigillatim item descriptis, quamobrem Synodo non adfunt. Idq; præter officium legitimæ excusationis, quæ, qui absunt, Episcopo afferre, & probare debent. Hoc ipsum triduo, vel biduo ante eum Synodalem diem, qui ab Episcopo in vrbe regionibus sunt præfecti, aut delecti præsent, de suæ quique regionis Clericis.

Singuli autem Sacerdotes, cæteri q; Clerici, qui Canonicarum horarum officium præstare debent; Breuiarium, cum ad Synodum veniunt, afferant; quod initio notatum sit nomine, & cognomine possidentis.

Iidem vero, ne in itinere quidem, quod Synodi causa ad Ciuitatem facturi sunt, à Clericalis vitæ disciplina, Sacerdotali morum grauitate, nostris decretis præscripta, discedant.

Vbi in Ciuitatem venerint, nè ad cauponas, sed ad amicorum, si quos habent, præsertim Ecclesiasticos homines, necessitudine, familiaritate, aut aliquo hospitij iure coniunctos, domicilia diuertant; tum; deinceps statim ad eum se cõferant, quæ occasione Synodalis illius actionis, Clericalis hospitij præfectum cõstituerit Episcopus; eique chirographum dent, quo suum quique nomen inscribant, notentque hospitij locum & hospitem, apud quem diuerterint. Si verò quis neminem certum hominem habet, apud quem diuersetur; primùm eundem præfectum adeat, qui certum Ecclesiastici hospitij locum assignabit.

Cùm porrò Clericalis ordinis homines omni tempore alios vitæ exemplo ad virtutem inflammare debeant, tum maximè cum Synodales actiones habentur, ita se gerant in verbo, in conuersatione in charitate, quemadmodum Apostolus monet, vt, cum eos posuerit Deus in acquisitione salutis, atque in edificationem, officij sui memor, ambulent dignè Deo, sanctè que sicut decet, ministros mysteriorum Dei, vi-

uant. Nec verò, vt plerique solent, cum in Ciuitate sunt, per plateas uigentur, aut præ curiosità hac atque illac circumcursent; sed ad causam, ob quam conuocati sunt, tota animi cogitatione, tunc attentè, in eo versentur, vt & Episcopo in ea actione puris, castisque precibus auxiliū, & sibi, & populis salutarem inde fructum ferant.

14 Qui sacerdotes sunt, singulis diebus, quibus Synodalis conuentus habetur, vt iustum est, Missæ sacrificiū celebrent; reliqui Clerici saltem primo die Synodi sacram Cōmunionem sumant; idq; summo mane: facientes obsecrationes, orationes, & gratiarū actiones, postulationes pro sancta Ecclesia Dei, pro Sūmo Pōitice, pro Principibus Christianis, pro vberissimo Synodaliū, & aliarū pastoralium actionū fructu.

15 Vt autem Episcopus, Synodaliū actionum officijs, & curis multis tunc occupatus, aliorum ministrorum studio, & opera adiuuetur; iū duo, aut biduo ante Synodi diem, Ecclesiasticum hominem, iuris peritum stauat, qui promotoris munus obeat; & vnum, duosue ecclesiasticum item ordinis, qui eorum, qui à Synodo, cui interesse debent, absunt, causam rationemque absentiae eius nomine cognoscant: qui præterea querelas, controuersias, & accusationes eodem nomine audiant, & ipsi Episcopo referant: cui liberum, integrumq; sit, etiam dum Synodus habetur, quancumque libuerit, illas sibi aduocare, & alijs etiam delegare.

16 Quaecumque porro, vel decreta, vel constitutiones, vel edicta, vel scripta cuiusuis generis in Synodo legi, promulgariue oportebit: ijs legendis uel Archidiaconum, uel Canonicum Diaconum suæ Cathedralis Ecclesiae constituat, qui id muneris rectè obire possit: si modo illi, qui Cancellariæ Episcopalis officium gerat, Canonicus illius Ecclesiae non sit, aut in ea dignitatem non obtineat. Ad illum enim potius hoc officium pertinere decernimus; quo tunc impedito, ad alium Canonicum, quem Episcopus, vt supra delegcrit.

17 Pridie item illius diei, quo futura est Synodus, sub primam horam noctis in omni Ecclesia Ciuitatis solemni campanarum sono significatio detur, Synodi postero die inchoanda.

18 Postridie, quæ stata Synodi dies est, summo mane, & cæteris dieinceps Synodalibus diebus, in Cathedrali Ecclesia certis campanarū ictibus ad Synodum Clerus conuocetur: cuius etiam rei significatio fiat tabella, cura Magistri Cæremoniarum publicè loco suo affixa, qua Synodalis Sessionis certa hora indicetur.

19 Qua hora uniuersi, & singuli, qui in Synodo interesse debent, in Ecclesia Cathedrali, non raptim, sed graui incessu conueniant: ubi conuenerint, loco constituto, superpellicea, quæ munda, ac decentia sint, & almutias, cappasue pro Ecclesie instituto, & usu induant, quicumq; dignitates, Canonicatusue in Ecclesia Cathedrali obtinent, & qui Collegiatis.

legiatis Ecclesijs quocumque nomine præpositi sunt: quibus rectè, & decenter induti, inde ad statum sessionalem locum, non turbulenter, sed quietè, & quò ad eius fieri potest, bini ueniant, atque ordine considerentur.

Nec uerò quisquam mane, priusquam conueniat, cibum capiat, sed ieiunus adsit.

In loco igitur benedictionis confidentes Domini, Sacerdotes, & reliqui interiorum ordinum Clerici, nè uocibus obstrepant, nè tumultibus rem Synodalem perturbent, nè confabulationibus operam dent; sed hæc omnia, ceteraq; maximè caueant, quæ Ecclesiastica discipline, Synodalis actionis dignitati, & loci uenerationi non conueniunt.

20 Synodali celebritati triduum ueteri ritu præstitutum est: at pro rerum, quæ gerendæ sunt, ratione, Episcopus non solum breuiori, sed etiam longiori tempore Synodum agat, & Synodales actiones tradat licet.

21 Primo Synodi die Episcopus, processione solempni primùm peracta, Missæ sacrificium celebret: tum precibus stans, & cetera ceremonijs, ad eiusdem Synodi inchoationem è libro Pontificali ritè adhibitis, sermonem Clero habeat eo de genere, quod Synodalibus tractationibus, & sanctæ discipline accommodatum sit. Quo sermone peracto, Archidiaconus, uel alius Episcopi iussu indicat silentium.

22 Deinde idem Archidiaconus, uel Canonicus Diaconus decreta lecturus, ad Episcopum accedat, à quo illa, quæ legendæ sunt, cum acceperit, de suggestu alta uoce pronunciet.

Decreta, quæ initio Synodi legat, hæc sunt.

Vnum, monitiones complectens, quæ ex hoc ipso decreto, atque alijs Prouincialium Conciliorum Constitutionibus, ac Patrum regulis, prout Episcopus maluerit, confectæ ad uiuendi modum, celebrandæq; Synodi rectam rationem pertineant. In ijs uerò monitionibus illa cohortatio etiã sit, ut triduo ieiunio, quemadmodum institutum olim fuit, Synodalis triduana actio à Clero celebretur.

Alterum, quo Synodi ministrorum, & iudicum, quærelarum, itemq; excusationibus absentia unus cuiusque audiendis ab Episcopo constitutorum nomina promulgentur.

Tertium, quo caueatur eorum, qui Synodo interesse debent, nomina, rectè, ordinèque scripta ad Cancellarium Episcopalem deferri.

Quartum, quo caueatur item si cui in ea Synodo cõtigerit, suo loco nõ sedere, aut incedere, aut aliud quicquid agere, p id ppter ea nemini ius acquiri, acquisitum uè esse, neq; quicquid de cuiusq; iure, possessione uè de trahi: sed omnia in eo statu permanere, quo antea fuisse compertum erit.

Quintum, quo excommunicationis proposita pœna prohibeatur, nè quo tempore Synodus habetur, cuiquam Sacerdoti, Clericouè à Ciuitate discedere liceat, nisi missione ab Episcopo impetrata.

Rr 2 Sextum,

Sextum, quo iubeatur, si que publica calamitas, uel Ciuitati, uel Diocesi, cuius Synodus habetur, uel uniuerso populo Christiano imminet, aut instat, orationem, in Missæ sacrificio, ab omnibus, singulisque sacerdotibus fieri, precesque à reliquo Clero adhiberi: cum institutis, & ritus in eiusmodi Synodali conuentu pro publicis rebus supplicationes publicas agi.

His de more promulgatis decretis, nominatim, decorèque uocentur, qui Synodo præsentés adesse debent, sicque uocati, singuli respondeant. Adsum.

Vocationis ratio ea sit, ut primo Ciuitatis, deinde Diocesis Clerus uocetur.

Idque distinctè, sigillatim, & ordine præstetur.

In hac actione primò hæc legantur.

Decretum Tridentinum professionis fidei in Sess. 25. adscriptum, capite 2. cuius initium est. Cogit temporum calamitas, &c.

Decretum Concilij Prouincialis primi de professione fidei, quod decretum incipit, sacri, &c.

Tum formula professionis fidei ex Constitutione Pij III. Pontif. Max. legatur.

Qua lecta, & fidei professione præstita, eorum nomina, qui præstiterunt, à Cancellario scribantur, & in Codicem distinctum referantur.

Decretum Tridentinum de Examinatoribus in beneficiorum Prouincialium cura committenda adhibendis Sess. 24. cap. 18. Conscriptum in hæc uerba, Examinatores, &c.

Conc. Trid.
Sess. 24. c. 18.
de reform.

23 Deinde ab Episcopo proponantur Examinatores nominatim, De ijs probandis suffragia rectè ferantur.

Decretum itidem Tridentinum de ijs designandis, quibus cause delegentur, pronuncietur Sess. 25. cap. 10. quod incipit. Quoniam ob malitiosam, &c.

Post eo de genere constitutio Bonifacij VIII. cuius initium est. Statutum, &c.

Sess. 25. c. 10.
de reform.

24 His lectis illi ab Episcopo designentur, ac demùm pronuncientur. In suffragijs autem ferendis singuli spectent, ut non humanis affectibus obsequantur, sed Deo, & conscientie satisfaciant, religio: Ecclesie utilitati, animarumque saluti consulant.

6. Que ad Synod. & cōgr. Syn. pert.

25 Iudices, & examinatores in Synodo Diocesana constituti, etiam si quando longius, quàm unius anni spacium Synodi actio differatur, suum munus exequantur.

5. Ibidem.

26 Tum hæc promulgentur. Constitutio Pij I. contra Clericos edita, qui sine Canonica dispensatione, extra stata tempora, ante legitimam ætatem, uel absque dimissio-
forijs

forijs Ordinarij sui litteris, se ad aliquem ordinē promoueri fecerint, ex Concilio Prouinciali tertio.

3. De ijs, que partim ad ord. diu. sacr. &c.

Constitutio item Pij V. de confidentijs, ex eodem Concilio, & illa etiam de Canonicarum horarum officio recitando, per eundem edita.

Decretum Tridentinum de residentia item Sess. 23. cap. 1.

Decretum alterum de residentia item Sess. 23. cap. 1.

Decreta Prouincialis Concilij primi de vita, & honest. Clericorum.

Decreta Concilij Prouincialis primi de vita, & hon. Clericorum.

Decreta Prouincialis primi Concilij de diuinis officijs.

Decreta item huius Concilij Prouincialis quinti de Chori disciplina.

Alia denique vel Pontificia sanctiones, vel Prouinciales Constitutiones, vel decreta Diocesana, quæ Episcopus legenda censuerit.

In prima quaque Diocesana Synodo decreta, in Prouinciali proximo Concilio edita, promulgentur.

4. De Synod. Dioces.

Quod officium, nè Episcopus negligat, vel prætermittat, eum hoc admonemus, vt pœnas meminerit, sacris Canonibus contrà eum sanctitas, qui id culpæ, vel negligentia commiserit.

27 His lectis, Punctatores pronuncientur, ab Episcopo delecti, qui ex decreto Concilij Prouincialis quarti ibidem iurent.

28 Deinde testes item Synodales ab Episcopo delecti renuncientur, qui ad præscriptum formulæ in eo Concilio editæ, iurati, munus suum obeant. Quo in iureiurando hæc cautio sit, vt manè in Sessione per eos præstetur, qui adsunt. Si quæ verò absunt, Vicario foraneo, in cuius regione illi testes renunciati habitant, id curæ delegetur, vt ad formulæ præscriptum ab illis ius iurandum exigat, atque suscipiat.

29 Id verò ius iurandum in Altari maiori sacris & reliquijs, quæ è loco, vbi asseruantur, accensis luminibus afferantur, decorè collocatis, sanctò præstetur.

Alia præterea agantur, quæ Episcopus agi, geriuè expedire censuerit.

30 At verò neque Sessio secunda dimittatur; nisi primo, vt supra, oratione publica perorata. Tum tertia Sessio indicatur.

5. Quæ ad diuin. off. pert.

In Synodo quoque Diocesana die secunda, pro Clericis Diocesis defunctis oratio, & commemoratio solemniter fiat.

31 Quo tertiæ Sessionis die, demùm decreta, si quæ Episcopus noua conficienda censuerit, de suggestu promulgentur.

5. De Synod. Dioces.

32 Monitiones ex Concilio Prouinciali quarto legantur. Vide infra Tit. de Monitionibus in Synodo legendis.

33 Post certa dies Synodi, quæ sequenti anno celebrabitur, decre-

to edito promulgetur.

34 Tūm Episcopus, antequā Synodum dimittat, sermonem habeat, paternis monitionibus plenum, & dimissioni accommodatum. Processio solemnī deinceps ab vniuerso Clero agatur.

Aqua, cūm reditum erit, Clerus vniuersus, genibus flexis, tacitus per horam dimidiam oret pro rebus publicis, quarum causa ratio Episcopi iussu indicatur.

Tūm postea acclamationes sanctē fiant ex formula ab Episcopo p̄scripta.

Acclamationibus factis, omnes Sacerdotes, & Clerici surgentes, cum reuerentia osculum pacis ab Episcopo accipiant, & sibi inuicem dent, cum timore, & amore Dei. Si verō Cleri, qui conuenerit, numerus is est, vt longius hic osculi ritus ducatur, ea ratio ineatur, vt P̄positi, & Archip̄sbyteri solum ab Episcopo illud accipiant; qui deinceps suo quique Clero dent; isque inter se mutuo item. Quod verō sancti osculi significatione ostendunt, id re ipsa p̄stent, vt coniuuentissimis animis, concordique voluntate, & pacis, atque charitatis studio quęcumque lecta, sancitaue sunt, sollicitē exequantur.

Demūm Episcopus Clero solemniter benedicat.

Archidiaconus verō p̄scriptis illis Pontificalis libri verbis Synodi dimissionem significet.

35 Post primæ Sessionis diem, reliquis deinceps diebus, à Canonico, vel ab eo, qui dignitatem obtinet, hebdomadario, Missa solemnī stata hora canatur.

36 Pluuialia item induantur, qui in Cathedrali Ecclesia dignitates, aut Canonicatus habent, & singuli Collegiatæ Ecclesię quouis nomine p̄fecti, peracto scilicet Missæ sacrificio, cūm initium fit Sessionis Synodalis. At in Missæ etiam solemnibus, cūm Episcopus celebrabit.

37 Manē item singulis Sessionis diebus, cūm sacræ preces libro Pontificali p̄scriptæ, ritē habitę erunt; Concio, Sermouē Ecclesiasticæ disciplinæ rationibus accommodatus, ab Episcopo, vel ab alio eius iussu habeatur.

38 Sessio autem, cūm ad horas pomeridianas prorogatur, detur stata hora signum campanæ ad illius significationem.

39 In qua continuata Sessione Episcopus amictum etiam, albam, stolam, pluuiale rubri coloris, pectorale, & mitram preciosam induet, duobus de more assistentibus.

Pronuncietque Episcopus initio orationem. Adsumus.

40 Vesperi autem, antequā vnusquisque diei Sessio dimittatur, Clerus vniuersus paulum tacitus, sanctē, religiosęque oret pro re, de qua orationem fieri, in eadem, vel in prima Sessione indictum est.

Cancel-

- 41 Cancellarius autem, à promotore rogatus omnis quotidianæ Sessionis, tùm matutine, tùm pomeridianæ acta publica conscribat, in librumque certum referat.
- 42 Peracta demùm tota vniuscuiusque diei Sessione, Episcopus de more solemniter benedicat.
- 43 His decretis de Synodi Diœcesanæ habendæ ratione, atque vsu per nos editis, addi, atque de his mutari aliquid in ijs, quæ aut ad dirigendæ Synodi rationem, ordinem, aut ad decretorum Prouincialium, aliarum sanctionum promulgationem pertinet, Episcopo ex causa liceat, prout ex Synodi suæ Diœcesanæ vsu esse videbitur.

De Testibus Synodalibus Prouincialis & Diœcesanæ Synodus.

S V M M A R I V M.

- 1 Synodales testes deligendi.
- 2 Quique, quot, & à quibus.
- 3 Metropolitani & Episcoporumque eos non eligentium pœna.
- 4 Eisdemque presentes, iurant; & quid; quaque formula. 10.
Quando item, & vbi. De Synodo Diœcesana, nu. 28. & 29.
- 5 Eisdem à Synodo absentibus, quid à Metropolitano, & quid ab Episcopo præstandum. 6.
- 7 Eorundem nomina à Cancellario Episcopali notanda.
- 8 Eorumque aliquo defuncto, quid ab Episcopo curandum.
- 9 Id testis Synodalis officium suscipere, vel iurare recusans, vt compellendus.
- 11 Testium ipsorum quod munus.
- 12 Quæ ad Metropolitanum, vel Episcopum referant, & quando. 13.
- 14 Ad Prouincialem Synodum eorum quis accedat, & quæ ibi præstet, & quando discedere liceat. 15.
- 16 Viatici, & victus sumptum quis illi suppeditet.
- 17 Ad Diœcesanam verò Synodum, locauè alia proficiscenti, an aliquid viatici, sumptusque dandum, & à quibus.

4. De Test.
Synod.

1



T testium Synodaliū munus, sicubi internitum est, restituatur; atque non nomine solum; sed certis officij partibus, rectè per eos geratur: quibus in Synodo, vel Prouinciali, vel Diœcesana committetur, hæc de illis, eorumque officio statuimus.

2

Primò viri Ecclesiastici etate, moribusque graues, prudentes, ac virtutum Christianarum studiosi, & spiritualis vite amantes, in Concilio Prouinciali à Metropolitano ex vnaqua; Diœcesi duo saltem in Synodo Diœcesana; ab Episcopo è Diœcesi sua septem, pluresuè, prout expedire viderit, testes Synodales deligantur.

3

Quo in officio meminerit & Metropolitano, & Episcopus pater, in Concilio Lateranensi ab Innocentio II. sancitæ, si vel illæ in Concilio Prouinciali, vel hic in Diœcesana Synodo nullos Synodales testes nominarit.

4

Qui à Metropolitano delecti, & nominati sunt, in eodem Prouinciali Concilio; qui ab Episcopo in ipsa Diœcesana Synodo iurati, aliam sanctorum pignoribus, sanctè spondeant, ex formula verborum infra præscripta, muneris sui partes, infra constitutas, se executuros esse.

5

Si verò à Concilio Prouinciali abest, qui à Metropolitano nominatus est, tunc Episcopus, pro cuius Ciuitate, vel Diœcesi ille electus est, vnus mensis à fine Concilij spacio, eum ad se litteris accersat; eundemque ex ipsa præscripta formula iureiurando obstringat, ac ius iurandi præstiti testimonium, publica auctoritate munium, intra alium mensem, ad Metropolitanum omninò mittat.

6. De Conci-
lio Prouincia
li.

6

Synodaliū testium, qui constituto Concilij tempore, à Metropolitano in vnaqua; Prouinciæ Diœcesi, de more electi pronuntiabuntur, si qui absunt, nomina litteris edantur, & confignentur: quibus litteris ipse Metropolitanus Episcopo, cuius Diœcesis causa nominati, ac delecti sunt, potestatem faciat astringendi illos iureiurando, quod certis cõceptis verbis ex decreto Concilij Prouincialis quarti ab ijs præstari oportet. Id Episcopus vbi è Concilio ad stationem Episcopalem redierit, duorum mensium spacio exequatur: deque re ea accurate præstita Metropolitanum per litteras, eo tantum nomine scriptas certiores faciat.

7

Testium verò, qui vel Metropolitano in Synodo Prouinciali, in Episcopo ex illius auctoritate delegata ius iurandum præstiterunt, nomina à Cancellario fori Episcopalis certo libro, eius iussu notentur.

8

Si quando testis Synodalis à Metropolitano in Synodo Prouinciali delectus, qui iuratus in aliqua Prouinciæ Diœcesi officium illius suscepti muneris gerat; antequàm Concilij proximè futuri dies in dicta

venierit,

Venerit, diem suum obierit, Episcopi cura sit de illius obitu Metropolitano certiore facere, qui alium in illius locum eligat, qui ex veterum formula cœcepta etiam iuratus, illius muneris partes in illa diœcesis Synodali officio, charitatis zelo, sinceroque debita sollicitudinis studio, strenuè in Domino prosequatur.

9 Quicumque siuè absit, siuè præsens adsit, testis nominatus, id vel officium suscipere, vel ius iurandum præstare recusarit id, vt præstet, si Provincialis Synodi testis est, à Metropolitano; si Diœcesanæ, ab Episcopo compellatur; ac propterea si opus videbitur, cum eo multis etiam, & pœnis, cœnsuris uè agatur.

4. Ibidem;

10 In iurandi autem formula, ex antiquo Canone excerpta, quam præstabunt, hæc est.

35. q. 6. c. 6.

Ego N. testis Synodalis à Reuerendissimo Metropolitano vel, si in Diœcesana Synodo electus est, à Reuerendissimo Episcopo nominatus, promitto, spondeo, & iuro, quod amodo in antea quicquid noui, aut audiui, aut post modum inquisiturus sum, quod contra voluntatem Dei, & rectam Christianitatem in Diœcesi, vel regione mihi commissa, factum sit, vel futurum erit, si in diebus meis euenerit, tantum, vt ad meam cognitionem quocumque modo si sciuerò, aut indicatum fuerit mihi, Synodalem causam esse, & ad ministerium Reuerendissimi Metropolitanani, aut si Diœcesanæ Synodi est, Reuerendissimi Episcopi pertinere, quod ego nec propter timorem, nec propter præmium, nec propter parentelam ullatenus celabo Reuerendissimo Metropolitano, aut si Synodi est, Reuerendissimo Episcopo, aut eius missis, cui hoc inquirere iusserit, quandocumque ex hoc me interrogauerit, sic me Deus adiuuet, & hæc sanctorum Reliquiæ.

11 Iurati testes hoc perpetuò meminerint se non amore, non odio, non inuidia, non spe, non metu, non pœna, non præmio, non cognatione, non vlla denique re commoueri, aut impediri debere, quominus liberè, & integrè munus suum pro ratione infra præscripta præstet. Quo igitur tempore hoc munus gesserint personas discretas interrogando simpliciter, & de plano, absque vlla iurisdictione sollicitè inuestigent, hæc quæ sequuntur. Idque singuli aut in vniuersa Ciuitate, & Diœcesi, aut in regione, vnicuique eorum potissimum, nominatimq; commissa.

An Parochi, Canonici, & alij quicumq; Ecclesiastici homines, quos residere oportet, præsentibus in Ecclesijs suis ad sint; anq; rursus si præsentibus in Parochialibus, vel Canonicalibus, Clericalibusq; eisdem habitent.

An Parochi præterea, alijque animarum curatores sollicitè, vt debent, fidelium sibi commissorum, saluti inuigilent.

An in sacramentis sanctè ministrandis, in verbi Dei prædicatione, in salutaribus monitis, in rudium, & puerorum ad Doctrinam Christianam

stianam

stianam institutione, & in cæteris omnibus curæ Parochialis officijs diligentis muneris partes præsent.

An reliqui, quicumque sint, Ecclesiastici ordinis homines, Ecclesie, si quam obtinent, aut in qua dignitatem, vel Canonicatum, vel Capellam, vel Ecclesiasticum aliquod munus habent, aut in qua adscripsi sunt, oneribus satisfaciant, & præscriptas sibi functiones obeant.

An Ecclesie sacra, tecta sint; an ornamentis, & suppellectili Ecclesiastica necessaria & congrua instructæ: an in illis, aut earum cœmeterijs atrijsuè aliquid incultum sit, quodque sordibus obsolescat; anè aliquid à religioso cultu, & pietate alienum.

Videant item, an populus in via Domini ambulet; frequensque adsit diuinis officijs, & sacris concionibus; & in Ecclesia piè, religiosèq; verseur; atque dies festos colat.

An ieiunium quadragesimæ, quattuor temporum, stataque reliqua Ecclesie ieiunia, obseruet.

An eisdem decimas, primitias, aliaque debita emolumenta, adimentauè præstare, aut soluere recuset.

An in populo sacrilegi, blasphemus, concubinarius, adulteri, incestuosus, virginum raptos, an excommunicati, an hæresis, & magiæ, superstitionum uè nomine suspecti sint.

An denique alia in eodem morum corruptelæ, quæ correctionem, emendationem uè requirant.

Dispiciant item, an quæ Romanorum Pontificum Constitutionibus, Oecumenicis, Prouincialibus, Diocæsanisque Synodis, Episcoporumque edictis quouis de genere decreta, sancitauè sunt, ab ijs seruentur, quorum interest, siuè Ecclesiastici, siuè laici homines sint.

12 Quæcumque verò animaduertent, quæ iam decreta, sancitauè, nullam adhuc, aut non perfectam executionem habuerint; tum quæ rursus deprauata, correctionem, vel reformationem desiderent; ea omnia, & singula ordine ad Metropolitanum in Concilio Prouinciali: si verò Diocæsanæ Synodi testes sunt, ad Episcopum in ipsa Synodo referant. Quod officium, ut & præstent vtilius, & rursus ea de causa nullus patiat impensam, quæ necessaria non sit, ratio hæc omnino seruetur.

13 Qui Prouinciali Concilio à Metropolitano nominati, & constituti sunt testes Synodales, ij tribus ante mensibus, quàm Concilij proximè futuri stata dies venerit, quæcumque in Vrbe, Diocæsianè, vbi id officium præstare debent; animaduertent, quæ reformationem, aut correctionem requirant, ea in scriptum relata, ad Metropolitanum mittant: testes verò Diocæsanæ Synodi mense saltem, antequàm dies Synodalis venerit, id ipsum Episcopo præstent.

Cum

14 Cùm verò Prouincialis Concilij dies instabit; in vnaquaque Diœcesi, eo nomine electi inter se conuenient, vt eorum vnus, quam Metropolitanus maluerit, si tamen id illis, vel cùm constituit ad hoc munus, vel postea litteris significauit; alioquin is, de quo inter se conuenierint, accedat: qui constituta die Concilio præsens ad sit; ac si quæ interroganda, examinanda, aut cognoscenda ab ipso de ijs, quæ præscripta sunt, aut de alijs, quæ Metropolitanus censuerit, coram fideliter respondeat, summaque integritate, prout iureiurando sanctè adstrictus est.

Prima verò, vel sequenti, si potest, proxima, post Synodum inchoatam congregatione, aut certè, quàm primum potest, referet, & interrogatus respondebit.

15 Quod vbi planè præstiterit, discedat licet: neque post illud tempus, nisi Metropolitanus aliter censuerit, sumptus illi pro victu suppeditetur; sed solum tantum pro viatico detur, quantum ad redeundum satis sit.

16 Viaticum autem testi Synodali, ad Synodum Prouincialem proficiscenti, & sumptus pro victu necessarius, quamdiù pro munere cõmorabitur, suppeditetur aliqua pecuniæ contributione, quæ satis sit, à Clero eius Diœcesis facta: quæ Episcopus efficiat, vt sine mora, impedimentouè ei omninò persoluarur.

Episcopus testi Synodali ad Concilium Prouinciale venienti viaticum, sumptusque victui necessarios à Clero aliquod ante constitutum Concilij tempus contribui, ex Synodi Prouincialis quartæ præscripto, iubeat; aut alia ratione, quam potiore censuerit pecuniam eo nomine necessariam: quæ postea, vt ex illa contributione, mutuanti restituatur, quàm primum curet, ne viatici difficultate impeditus vllam veniendi moram interponat, sed ad constitutum tempus in Concilio præsens adesse possit.

6. De Concilio Prouinc.

17 Ad Diœcesanam verò Synodum testibus Synodalibus venientibus, nihil neque sumptus, neque viatici contribuatur; nisi sint, qui Diœcesanæ Synodo interesse non debent; atque ijs quidem suppeditetur, ad præscriptam Prouincialibus testibus rationem.

4. Ibidem.

Si testis Synodi, vel Prouincialis, vel Diœcesanæ à suo domicilio ad aliquem locum pro sui muneris functione inuestigaturus accesserit; victus expensa, viaticumque ab ijs detur, quorum causa venerit, ad idque dandum Episcopus compellat.

De Monitionibus in Synodo legendis.

S V M M A R I V M.

- 1 Monitionum in Synodo legendarum vetus institutum retinendum.
- 2 Monitionibus præscriptis addendi, detrahendique Episcopis concessa facultas.
- 3 Ecclesiasticis omnibus quæ generatim proponuntur. 7. 15.
- 4 Quæ speciatim Sacerdotibus. 12.
- 5 Quæ Diaconis, Subdiaconis, & cæteris Clericis. 8. 13.
- 6 Quæ beneficiatis, & bonorum Ecclesiasticorum administratoribus.
- 9 Quæ Canonicis Cathedralis, & Collegiatæ Ecclesiæ.
- 10 Quæ dignitatem in eisdem obtinentibus.
- 11 Quæ Parochis, & animarum curatoribus.
- 14 Quæ visitatoribus, Regionum præfectis, Vicarijs foraneis.

4. Verbo Monitionis.



Præter illud institutum est, tum sanctorum patrum usu, tum Ecclesiæ auctoritate comprobatum, ut quæ sacerdotalem, Clericalemque disciplinam officia, ac partes eius maximè attingant, ea certis monitionibus comprehensa, ab Episcopo in Synodis Clero proponantur.

Cuius instituti ratione, atque exemplo nos adducti, de Episcoporum nostrorum Concilio, atque assensu, monitiones, infra ordine præscriptas, edendas censuimus: quibus prohibito suo unusquisq; Episcopus addat, & detrahat, prout Ecclesiæ suæ Clero pro temporum ratione utile esse viderit: tum illas in vnaquaque Diocæsana Synodo, Sessione publica, vniuerso Clero de libro accuratè legi, grauitèrque pronunciarì, mandet; vt, quò sapius repetita, frequentiorique studio illæ tradita, atque exposita sunt, eò diligentius, ac religiosius sanctis Ecclesiasticæ disciplinæ, vitæque officijs vniuersus Clerus in omnes sese partes conformet.

3 Primò, fratres, & filij in Christo charissimi, memores perpetuò estote vocationis, qua vos dignatus est Dominus noster.

Qua assidua recordatione, memoriaque excitati eam vos virtutem induite, vt videant alij, quasi lumen aliquod vestram sanctitatem elucere. Quæ si magna in alijs vitæ Christianæ institutis requiritur, certe in vobis, qui misteriorum Dei ministri, diuinæque gratiæ dispensatores estis, maior inesse debet.

Et sicut sacro ordine à reliquis hominibus sciuncti estis, ita à communis fidelium vitæ usu sciuncti, præcipuum quoddam, atque hoc præstantius viuendi genus sequimini, quo ordinis dignitate præcellitis.

Cælestem

Cœlestem in terris vitam, tamquam Angeli Dei, moribus vestris exprimere vsque ad eod̄ studete, vt à vobis diuinarum virtutum exempla ad ceteros emanent.

Vna animi consensione, vnoque spiritu in ijs elaborate, vt & diuino cultui, & cœlestium rerum meditationibus, & orationi, & sacrarum, ecclesiasticarumque litterarum studijs vacetis: tùm depositis sæcularibus, vanisque sollicitudinibus ab omni vitio alieni, in via Domini rectè ambuletis

Charitatem in primis, quæ Seminarium est omnium virtutum, omni studio amplectimini.

Humilitatem, Mansuetudinem, Patientiam, Iustitiam, Temperantiam, officiaque Christianæ pietatis reliqua colite. Quæcumque denique sunt vera, quæcumque pudica, quæcumque sancta ac religiosa, ea cogitate, ea que agite.

Virtutes sanctorum Patrum, quas præcipuas, & quasi hereditarias nobis ad imitationem reliquerunt, non adumbrare solum; sed omnino exprimere certatim contendite.

Vtque illi, sic vos abstinentiæ, & ieiunijs dediti, clericalis disciplinæ, ac vitæ castissimè studiosi, tùm patriæ cœlestis sitientes, Deo seruite assiduè diuinarum laudum officijs, & in Ecclesia, quasi in perpetua vestra Sacerdotali, Clericali que statione, continenter versamini.

Quæcumque demùm de muneris vestri partibus, de vitæ modo, vel Pontificum sanctionibus, vel Oecumenicis Concilijs, vel Prouinciâlibus, Diœcesanis que Synodis, vel alia ratione præscripta sunt, ea vos seruate, ac præstate diligenter.

Omnes, qui Canoniarum horarum officijs deuincti estis, statas eas preces horarias recitate ad præscriptam Calendarij anniuersarij rationem, ac ritum.

Nec verò negligenter, sed attentè, piè, decorè, supplicique mente illas dicite.

Studiosè propterea legite, quæ præsertim à beato Antonino Archiepiscopo conscripta sunt de negligentia in persoluendis horis Canoniarum, vt quæ eo nomine errata sunt, omninò caueatis.

Expleretis Canoniarum horarum officijs, si quid in illis aut negligentia, aut alia culpa commiseritis, paululum colligentes vos, veniam à Deo petite.

4 Qui Sacerdotes estis, Missæ sacrificium sæpius facite sanctè ac religiose.

Ad illud faciendum parate vos omni pietate in tam alti mysterij meditatione toto animo defixi; & quò purius id faciatis, propriam conscientiam diligenti, accurato, frequentique examine discutite; tùm singulis

gulis

gulis saltem hebdomadis, atque adeò sepius & omninò semper, cum peccati mortalis conscij estis, vni è confessorijs Sacerdotibus, ad Clerici confessiones audiendas constitutis, confiteamini.

In ea sanctissimi sacrificij actione ab erroribus vel leuissimis omninò caute.

Quæ de illo piè, ritèque celebrando præscripta sunt, ea vos studiosè, diligenterque seruate.

5 Diaconi, Subdiaconi, & Clerici inferiorum ordinum, quicumque estis, quæ de confitendis sepe peccatis, de Communionis frequenter laudanda vobis iussa sunt, integrè, & sanctè omnia, vt debetis, præstare.

Confessarios Sacerdotes, per nos vobis constitutos, quos etiam tamquam vitæ vestræ duces, ac magistros elegimus, adite.

Ecclesiasticæ militiæ omnes vos adscripti estis; ad pietatis, religionisque exercitationes vos vocatos esse cognoscite.

In omni in primis sancta oratione vos assiduè exercete; tum in meditationis, tacitèque piè orationis studio singulis diebus, certo temporis spacio, toto castissimi animi sensu incumbite.

Hæc sanctis precibus, præter cætera, supplices, præsertim afflictis rei Christianæ temporibus, orate patrem misericordiarum, & Deum totius consolationis.

Vt misereatur populi sui.

Vt fidelium animos ad vitia fugienda, ad virtutesque amplectendas sancti Spiritus sui ardore inflammet.

Vt è Principum, Regumque animis euellantur, si quæ sunt discordiæ semina.

Vt ij vna animi consensione Christi regnum propagare studeant, vnamque Dei gloriam, atque Ecclesiæ matris defensionem propostam habeant.

Quicquid verò temporis à diuinis officijs, ab orationis, contemplationisque exercitatione, ab Ecclesiasticis functionibus, & ab alijs necessarijs actionibus vacuum habetis, non in otio, neque in desidia, nec verò in rerum nouarum curiositatibus illud conterite: sed cum in locum Domini vocati sitis, in eius lege die, ac nocte meditemini.

Sacrarum igitur litterarum studia diligentius colite, quæ vsque adeò complecti debetis, vt qui aspernetur, contra eum dicat Dominus.

Quia tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne Sacerdotio fungaris mihi.

Frequentes ad statas lectiones, & ad litterarum tractationes vobis præscriptas conuenite.

Attento animo in ijs adeste, atque in dies ad vberiore sacrorum studiorum fructum progressionem aliquam habete, vt ad Episcopatum ali-

si quando vocati, & diligentē, & doctrinē testimonium detis.

Si qui estis, qui vel tarditate ingenij, vel ingrauescente aetate magnam in litteris progressum habere non potestis, ne desistite tamen primum oratione frequenti intelligentiam vobis necessariam à Deo petere; tūc eò diligentius, ad pietatis, modestiæque studium, ac sanctorum morum disciplinam incumbite; tūc sepius Sacerdotes peritiores consulite; & ad Clericales, Sacerdotalesque exercitationes convenite, & libentius, & frequentius.

Concionibus etiam, atque lectionibus sacris, quæ in Ecclesia constitutis diebus, habentur, cum omnes, quicumque estis, tūc maximè quibus potissimum conciliaribus decretis iussum est, quo decet, habitu, frequentissimi adeste.

Lectione librorum spiritualium, & clericalium, qui probati sint, animos, mentesque vestras pascite.

Quatuor præsertim locos, ex Catechismi Romani doctrina, de duodecim fidei articulis, de septem sacramentis, de decem præceptis, de oratione Dominica, in promptu, atque explicatè habere, omni studio contendite.

Cum ijs, & præceptorum Ecclesiæ cognitionem, & preces horarias recitandi peritiam, & Ecclesiasticorum rituum, cæremoniarumque notitiam coniungite.

Paucos libros, quorum necessarius delectus vobis, decretis, vel Provincialibus, vel Diœcesanis præscriptus est, habere ne omittite, aut negligite.

Qui pro facultatibus, proque studiorum ratione plures habere possunt, eorum optamus, & laudamus in ijs comparandis diligentiam.

At libros de rebus iocosis, ridiculis, obscænis, inanibus, ad poësisque profanæ studium pertinentibus, vulgari, aut latino sermone conscriptos, procul abijcite.

Nec verò muficas cantiones ridiculè, voluptuosè, paruinque pudicè exaratas adhibete.

Quotidie aliquid ex sacris Biblijs legite; ac, si per ecclesiasticas occupationes licet, qui apti estis, aliquid item ex sanctorum Patrum opusculis Gregorij Magni Pontificis, Cypriani, Ambrosij, Augustini, Chrysostomi, Bernardi, & aliorum, qui sanctitatis & doctrinæ laude in Ecclesia celebrantur.

In ijs ad legendum, sanctissimum patrem Ambrosium Episcopum vobis potissimum proponite.

Illius præcipuè librum de Sacerdotali dignitate legite, quo libro Ecclesiasticos homines commonuit de perfectæ vitæ institutione.

Libros item officiorum, quos ubi primum Episcopus is factus est,

Cleri

Cleri Mediolanensis potissimum causa edidit, in manibus allicitis, habebit.

Hos, atque alios præterea libros de Sacerdotalis, Clericalisque vocationibus, & officijs, de animarum cura, de Christianæ pietatis studijs, & exercitationibus, deque alijs eiusdem generis pie confectos, ita legite, vt quæcumque ad vitæ sanctæ normam accommodata ex illis animaduertistis, ac didicistis, moribus exprimatis.

Conciliorum item, Prouincialium, & Diocesanoꝝ Constitutiones, & decreta non percurrite solum; sed vsque adeo studiosè legite, vt, quæ legeritis post etiam taciti vobiscum aliquando mente repetitis, ac videatis simul non solum si quicquam est, quod contra illorum præscriptum egeritis, verùm si quid etiam aliud est, quod ex eisdem excipi, præstari uè omiseritis, aut neglexeritis. Quod vt præstetis, curate omnino, atque efficit.

Estis, diuina misericordia in Ecclesiastico ordine constituti, ad gloriam Dei conseruandam, propagandamque: ideo tum ordinis vestræ ministerium, quod explere debetis, videte; tum illius dignitatem, ac decorum seruate.

In incessu, statu, gestu, ita vos prebete, vt ab ordinis, quem suscepistis, nomine, & ratione, nullo sanè modo discrepetis, proposito vobis beati patris Ambrosij iudicio, qui Clero adscribi hominem recusauit, propterea quod eius gestus, & incessus dedecoret.

Habitu non exquilito, non delicato nimis, non serico, ne ornamento quidem: rursus non fordido, non neglecto, sed graui, & talaris, atque eiusmodi tum domi, tum foris pro vniuscuiusque vestrum ordinis, graudusque ratione vtimini, vt à decretis eo de genere editis, nulla in re, vel minima, discedatis.

Coronam, quod insigne est ordinis Clericalis, pro ratione ordinis, quo vos singuli initiati estis, latam, & conspicuam deferte.

Parca, & frugali mensa contenti sitis, & supellectili etiam modesta, ac tenui potius.

Ab omni splendido apparatu, pompæque sæculari abstinete.

Quæcumque acu picta, variè intexta, aulæa item, peristromata reijcite.

Imagines domi non profanas, sed eas habete, quæ pietatis, ac religionis argumentum, & adiumentum præbeant.

In omni vita à fastu, luxu, ambitu, ambitione uè, & à vanitate longe refugite.

Nec verbis quidem præscriptum vitæ modum peruertite.

Nihil scurriliter, nihil iocosè, nihil indecorè, nihil turpiter loquamini.

Ab sint à vobis maledicta, obreftationes, curiositas, leuitas, assentationes, ac nugæ.

Temperantiæ Clericalis disciplinam vobis præscriptam in reliquis etiam omnino tenete.

Comestiones, comotationes, contiuiua publica, laicalia uè tum maxime in quibus mulieres inter sunt, euitate.

Hospites excipite: at illis excipiendis intrà parsimonie fines vos continete; ita vt Clericalis frugalitatis, non sumptuosi conuiuij testes illos habeatis.

A ludis, spectaculis, circulatorumque atque id genus vilium hominum præstigijs procul estote.

Anna abijcite. Sic denique cor vestrum corroborate, vt inania spectacula non appetat, à mundi ludis, atque ineptijs abhorreat.

Sensus autem vestros ita dirigite, vt cum à Deo vtiliter dati sint tamquam rationis ministri, nè eos perperam adhibeatis, sicut satellites cupiditatum.

Sit igitur vester oculorum aspectus simplex, & pudicus. Aucium sensus, castus, & prudens; casta mens, casti omnes sensus.

Vitæ, & morum consuetudo casta, & spiritualis. Ad eorum Sacerdotum, qui in eiusmodi vitæ studijs, ac disciplina exercitati sunt, familiaritatem vos adiungite, ex qua vobis vestræ ad sancte agendum progressionem consentent.

Ad castitatem autem conseruandam munite omnem viam. Legite propterea sæpè illum beati Cypriani martyris de singularitate Clericorum librum, qui vos in hac, vt in alijs instruet virtutibus.

Suspectarum autem mulierum consortium omnino vitate. Cum alijs verò quibusuis mulieribus, quamuis vel arctissimo consanguinitatis, vel affinitatis vinculo vobis illæ coniunctæ sint, nè in eisdem domicilijs, ædibusue simul habitate, nisi cum ex causa alicui vestrum aliquando Episcopalis litteris permissum sit.

In famulatu laicorum nè sitis, multò minùs scæminarum, quamuis nobilium.

Ne verò illas Musicam, litterasue docete, nisi scripta nominatim facultate ab Episcopo permissum cuiquam sit.

Ædes Ecclesiasticas nè laicis locate, nisi concessu Episcopali. Ac nè ipsas quidem patrimoniales locationi ijs date, quorum vitæ moresue suspecti sint.

Sæcularibus verò negotijs, vt est sancti Pauli Apostoli documētum, nè vos implicate.

Si A cuius-

A cuiusvis generis mercatura quæstiuosa, omni negotiatione, prædiorum conductione, tum alijs, vt Prouinciali decreto vobis interdicitum est, prorsus caute.

Ne pecuniæ, lucriuè auidi sitis: nemo potest seruire Deo, & mammonæ: aut enim unum odio habebit, & alterum diligit; aut unum sustinebit, & alterum contemnet, inquit Christus Dominus.

Si qui pauperes estis, nè cupiatis diuites fieri, ut nè incidatis in tentationes multas, & in laqueum diaboli.

Paupertatem uestram, nè molestè ferte: paupertatem dilexit, & docuit cœlestis magister Christus, qui nascens in præsepio ponitur, & in cruce moritur.

Scitote paupertati socias adiungi, sobrietatem, abstinentiam, & reliquas virtutes, quibus præluere oportet ministros Dei.

Præponite vobis sanctorum veterum patrum vitam, qui lucrum non spectabant, temporalia non quærebant; & nihil ijs tamen deerat; imò in paupertate illis aliquando abundabat, quod alijs erogarent.

Nè igitur quia tenuem redditum habetis, lucrum querite, nec quæstum uos appetendo, iniuriam uestro ordini facite, avaritiæ sordibus volutati.

Non sacculi uos mercatores, non mammonæ ministri estis, sed Christi mercatores, nolite thesaurizare vobis thesauros in terra, sed bonorum operum abundantia, cum charitate coniuncta, facite thesauros in cœlis.

Studete uos lucrari animas Deo, & cœleste horreum augere.

Exemplo sanctorum, uos paupertate, sobrietate, ac parhmonia ita agite, ut non modo à superuacaneorum rerum vicijs abstinentes, sed uestro etiam defraudantes victu, Ecclesias uestras, & Altaria exornatis, sacra, tecta habeatis, sacra suppellectili instruatis. Alienis item necessitatibus subueniatis, & pauperibus opitulemini.

6. Qui uberiores Ecclesiasticos redditus habetis, Ecclesias è quarum prædijs fructus percipitis, eò magnificentius, & augustius, quò amphoribus donis, bonis uè, augustiorique liberalitate illè dotatę sunt, illustri structura, præclaro opere reficite, egregijs muneribus exornate, tum omni Ecclesiasticę suppellectilis apparatu instruite.

Christi visceribus substantiam Ecclesiasticam erogate, pauperibus scilicet peregrinis, viduis, pupillis, ægrotis, in vincula coniectis, captiuis; quibus egentibus, & esurientibus cum subuenire possitis, si alimenta necessaria denegatis, violatę charitatis rei estis in cōspectu Domini.

Memores estote eius, quod à sanctissimo Patre Ambrosio scriptum est, sua fideles eo animo obtulisse Ecclesię ministris, vt per eorum ma-

mus, quorum fidei, atque integritati summa omnia tribuebant, ad pauperes peruenirent.

Vos item alij, quicumque estis, quorum fidei Christi patrimonium propriè ad diuini cultus, pauperumque vsus commissum est, caute, ne ambitione, aut cupiditate prolapsi, in alium, quàm cui addictum est, conuertatis: idque propterea sacrilegij rei, damnationem eternam subeatis.

7 Vniuersi autè vos, & singuli Ecclesiastici ordinis homines, vt summam complectamur, quæ muneris vestri sunt, vobiscum frequenter recolite, ministerium vestrum explere studete, sanctissima studia religionis, & officij vestri rebus alijs potiora ducite. In rerum diuinarum, sacrarumque cognitionem omni cura incumbite: quæ diuina, quæ sempiterna sunt, diuitiarum, & honorum, & terrenarum rerum cogitationibus abiectis, amplectamini: restincto cupiditatum ardore integros, castosque vos seruate: mundi voluptates, quæ à diuinis præceptis detraherent, declinate: prædiorum Ecclesiasticorum, quæ non auaritiæ præda, sed instrumenta charitati relicta sunt, redditu, & fructibus nõ abutamini; humilitati studete, charitatis opera præstate, induimini Dominum Iesum Christum: sanctorumque eius facta imitamini, vt & horum imitatione, & illius in primis diuinis præceptis, institutisque conformati, in vocatione, qua vocati estis, dignè Deo ambuletis, tum vitæ vestræ splendore laicis hominibus lumen præferatis ad vitam sanctè instituendum, tum vos repositam vobis instituti coronam demum percipiatis.

Conc. Trid.
sessio. 13. in
procem,

Omnes præterea, & singuli, qui huius Ecclesiæ ministerio adscripti aliquo modo estis, & Diocesium, & Ecclesias, quas in ea obtinetis, quibusque adscripti estis, stationes vestras, in quibus manendum vobis sit, putate.

In illis ipsi residete.

Ecclesiasticas ipsas ædes habitate; ibique domicilium vestrum verè constituite, & habete.

Debitis muneribus, atque oneribus satisfacite.

Alia item agite, ac præstate ex præscripta Conciliaribus decretis fructuosè, salutarisque residentie ratione.

8 Quicumque item Clerici minorum ordinum estis in Ecclesijs, quibus adscripti estis, singuli ordinis, qua initiati estis, functiones tali pietate obite, vt digni habeamini, qui deinceps altiorem gradum assecuti, sanctæ Dei Ecclesiæ inserviat.

Nemo autem vestrum, quicumque estis, si alicui functioni estis deputati, ab ecclesiastica statione, personalisque residentie munere discedat, nisi eausis per Episcopum probatis, & etiam concessu litteris expresso.

Hæc, quæ communiter, atque vniuersè vos moniti estis, singuli seruate, studiosè ac diligenter.

9 At præterea sigillatim, nominatimque vos, qui in Cathedrali Ecclesia dignitates obtinetis, Canonici item tūm eiusdem Ecclesie, tūm reliquarum quarumvis Ecclesiarum Collegiatarum, vel vrbianarum, vel diocesanarum, quicumque sitis in omni Canonica disciplina officio ita agite, vt Canonicè, nempe Canonum legibus, ad vitæ vestrae institutum pertinentibus, & Constitutionum Prouincialium, Diocesanarumque rationi congruenter viuatis. Idque primò maxime stude- te, vt in conspectu Dei Omnipotentis puro corde, & casto corpore ministretis.

Tūm singuli vos, ordinis dignitati, aut Canonicatui annexi functiones explete: Canoniceque muneris partes præstate omnes in choro stans horis assistite, & ad Deum pro fidelibus, pias, religiosasque fin- dite preces.

Dūm eo loco estis, memores estote adesse Christum Iesum Domi- num, cui seruite cum timore, & tremore.

Non pigri, non somnolenti, non oscitantes adestote; non mente va- ga, non vagis oculis, non indecenti corporis statu.

Attentè, studiosè, ritè, piè, religiosè, diuinas laudes concelebrate: & psallite Deo in conspectu angelorū, cantantes in cordibus vestris Dño.

In Choro nemo priuatim, nemo tacitè officium recitet; sed omnes pariter, quicumque adestis, senes cum iunioribus, laudate nomen Do- mini in psalmis, hymnis, & canticis.

A quibuscumque colloquijs, & à litterarum, librorum lectionibus, atque omni vagatione abstinete.

Pro temporis autem, & officij ratione sedete, state, genua flectite, ca- put aperite, & inclinate.

Accuratè demum omnia obseruate, quæ eo de genere vobis præferi- ta sunt, ita vt vestro exemplo alijs Sacerdotibus, Clericisque, & redè, ritèque psallendi, & sanctè orandi, & piè agendi animum addatis.

In psalmorum autem, canticorum, & hymnorum, intelligentiam studiosè incumbite: vt, dūm psallitis, pro sensuum sanctissimorum, quos mente concepistis, ratione, vos ad omnem pietatis, deuotionisque affectum excitetis.

Non ordinariæ distributionis lucro adducti; sed Dei charitate, reli- gionisque cultu commoti, diuinis officijs adeste, vt verè, ex animoque psalmi verba illa concinnatis. Voluntariè sacrificabo tibi, & confite- bor nomini tuo Domine, quoniam bonum est.

Diuinis officijs absolutis, paululum omnes in Choro piè orate, in di- abeundi signo per præfectum dato, con surgentes, quo ordine ad Cho- rum accessistis, eodem in Sacristiam redite, vbi cappas, qui illas induci- estis, & superpellicea sine strepitu vlllo, vt susurratione deponite.

Canonicales uestros conuentus statis hebdomadę diebus capitulariter habete.

Omnes, qui debetis, ad illos contemite.

Inde nę discedite, nisi missione à Capituli præfecto impetrata.

Singuli ordine, & loco sedete.

Sententiam modestę dicite, & suo quisque loco, non præposterę.

A verbis scurrilibus abstinete.

In rebus consultandis rixas, iurgia, & contumelias cauate.

In initio, & sine vniuscuiusque Capituli stas orationes dicite.

Priori loco tractanda proponite, quę ad diuinum cultum, ad spiritualis vitę progressionem, ad Ecclesiasticam disciplinam tuendam, tum quę ad rerum temporalium gubernationem pertinent, nę negligite.

Cætera hoc de genere toto seruate, quę Prouincialibus constitutionibus vobis præscripta sunt.

Omnia in primis agite pace mutua, concordii voluntate & charitate fraterna vos inuicem diligite. Canonici enim estis, qui sicut pro collegij ratione ex antiquo instituto vna in Collegiata Ecclesia, vnoque item in Canonicali domicilio collocati fuistis, ita vno pacis, & charitatis fœdere, vnaque animorum consensione coniunctissimi, sicut nascentis Ecclesię ministri, quorum erat cor vnum, & anima vna, experiendo videte, sicut in Psalmo scriptum est, quàm bonum, & quàm iucundum sit, habitare fratres in vnum.

10 Quicumque verò estis, qui inter Canonicos, Præpositi, aut Archipresbyteri, aut alterius dignitatis nomen, gradumue obtinetis, sicut honore, & dignitate præstatis, ita virtutum exemplis, vigilantique in vestri muneris, curanę partibus obeundis sollicitudine prælicete.

11 Parochi præterea, & ceteri quicumque estis, etiam præpositi, Archipresbyteri, alijue, qui animarum curam geritis, præter ea, quę vos cum reliquo Clero communia vniuersę monuimus, illa etiam, quę præcipuę de vobis decreta sunt, præstare omni sollicitudine.

In primis oues, vobis concredite, cognoscenda sunt, & appellandę nominatim, pascendę, & custodiendę item.

Animarum igitur numerum in Catalogum redigite ad præscriptam normam.

Eorum, qui baptizantur, qui item confirmantur, & compatrum etiam, qui adhibentur, nomina describite.

Matrimonia in Codicem referte.

Parochiæ vestra incolarum vitam, & mores inuestigate.

Indagate omni studio, si qui hēresi contaminati sint, aut suspecti; aut si qui sint, qui hēreticorum libros habeant, vendant, emant, impotent, vel legant, eosque statim denunciate.

Monete etiam populum, vt id ipsum etiam præstet, ad nostri edicti præscriptum, quod statis temporibus de more promulgate.

Perquirite de dictis, & factis eorum, qui ex hēreticorum finibus veniunt.

Dispiciate, si qui è Parochiæ vestre finibus ad loca proficiantur, vbi impunè prædicatur, quod à Catholica fide alienum est; tūm etiam an ij protectionis facultate impetrata agant ad præscriptum decreti in Concilio Prouinciali tertio promulgati.

Inuestigate præterea de ijs, qui in vestra Parochia docent, eorundemque mores, vitam, & fidem obseruate, ac reliqua de ijs ipsis præstatæ, quæ Concilijs Prouincialibus præscripta, iussauè sunt.

Videte, & caute, nè superstitiones, magicę cantiones, & eiusmodi diabolicæ superstitiones in populo vestro sint.

Cognoscite publicos peccatores, corruptores aliorum, concubinos, adulteros, vsurarios, blasphemos, & denunciate.

Cognoscite etiam alios populorum corruptores, qui festis diebus non Deo, sed aleis, ludis, choreis, diabolo seruiunt, quique festorum dierum cultum quouis modo violant, quales, quales sint: neque obseruant Pontificias, neque Prouinciales de diebus festis colendis constitutiones; aut Edicta Episcopalia.

Istos ab ea malè agendi corruptela reuocare, ac deterrere, omni pietatis officio studete, tūm Episcopo etiam, sicut opus erit, significate, vt pro curę Episcopalis officio salutare remedium afferatur.

Rursus agnoscite etiam pauperes, viduas, pupillos, ceterosque aliena ope egentes, quibus, & salutari consilio, & consolatione, & re subuenite; aut si minùs re potestis, cohortatione alios accendite ad eos subleuandos.

Sique illorum grauior inopia deposcit, festis etiam diebus à fidelium liberalitate aliqui d in Ecclesia colligendum curate, vt ab Episcopo præscribitur, quod ipsis in eleemosynam conferatur.

Seorsum etiam locupletes Parochiæ incolas conuenite, quibus pauperum egestates proponite, & ostendite eis diuitias à Deo propter eam etiam esse tributas, vt inopibus succurrant.

Si qui autem potentiorum opibus in causa aliqua oppressi sunt, illos vnice, atque intimè eorum patrocinio comendate, qui vel ex suscepto officio id præstare debent, vel quibus Episcopus hanc curam dederit.

Pascite in primis populum vobis commissum prædicatione verbi Dei,

Dei, salutaribus monitis administratione item sacramentorum exemplo, & oratione.

In verbo Dei exponendo planè obseruate quę Constitutione Prœuinciali, & alijs concionatoribus, & vobis pręscripta sunt.

Pueros festis, Dominicisque diebus, in Doctrinæ Christianæ rudimentis instruite.

Prouectioris ætatis homines ad eadem intelligenda inuitate.

Patres, matresque familias monete, vt filios, filias, cęterosque quos in familia habent, ad statas Doctrinæ Christianæ scholas ipsi con-ducant.

Confratrum, qui ijs scholis adscripti sunt, operam ad hoc institutum adhibete, curateque, vt mutua inter eos charitas, morumque disciplina conseruetur.

Alios etiam ad tam pium opus amplectendum alacriores reddite, atque excitate tum assiduis vestris cohortationibus, tum promulgatione thesauri spiritualis indulgentiarum, ijs concessi, qui ijs scholis ascribuntur, in illisque operam nauant.

Ne omitite diebus festis inter Missarum solemnia aliquid ex ijs, quę in Missa leguntur, fidelibus exponere, & sanctissimi illius sacrificij mysterium aliquod explanare, & aliquando sanctiores illius sacramentorum cęremoniaram, rituumque rationes, & significationes explicare, quò diligentius instructi in dies sacrosancto illi sacrificio religiosius intersint.

Docete item, quomodo fideles signo Missæ celebrandæ dato se corde contrito ad eam sanctè audiendam parent.

Curate, atque efficitte perpetuis vestris monitionum officijs, vt in illa viri aperto capite, mulieres velato, & in omni eius parte vtroque genu flexo, præterquam in Euangelio adsint.

Instruite etiam eos, quàm religiosè nõ solum in Missæ sacro, verum etiam in diuinis alijs officijs versandum.

Quando standum, quando genua flectenda, quando assurgendum.

Quàm valdè, dum illa fiunt, celebrantur, fugiendæ confabulationes, colloquia, deambulationes, strepitus, clamores, imò verò inanes cogitationes, quibus à pia meditatione, & mysteriorum, quę aguntur, contemplatione, religiosaque oratione animus distrahitur: quàm denique studiosè vitanda reliqua omnia ab eorum officiorum sanctitate, & cultu aliena.

Rursus quàm sanctè item, quàm religiosè, & quàm demisso, humilique habitu in supplicationibus, litanijs, & stationibus versandum sit.

Qua reuerentia, quouè pietatis studio in Ecclesijs, locisque sacris manendum sit, quę ab alijs procul abesse debeant, idque ex sanctionibus

us Pontificijs, Constitutionibus Conciliaribus, Episcopalibus præterea edictis.

Qua etiam nõ solum intima religiosi animi preparatione, sed externa etiam cultus, uestitusq; modestia, humili genuflexione & armis depositis, ad sanctissimam Communionem; tum etiam ad cetera sacramenta accedendum sit.

Tum docete, ac monete quomodo dies festi colendi, & sanctificandi sint.

Ostendite indignissimum esse, sacris illis diebus non modo a nefarijs operibus, illicitisque negotijs non abstinere; uerum etiam religionis, ac pietatis opera non præstare omni diligentia.

Ac præterea nefas esse sacros dies ad maxima Dei beneficia colenda, summasque ei laudes persoluendas, ac debitum sanctis honorem tribuendum institutos, ad illa traduci, quæ ab eo cultu abhorrent: qualia sunt tripudia, ludi, choreæ, spectacula, quibus ad turpes illecebras incitantibus, salutis humanæ hostis, diabolus oblectatur.

Denunciate item statura sacrorum temporum ieiunia; docete quomodo ieiunandum, quæ peccati grauitas in uiolendis sacris ieiunijs.

Quæ præterea Christianæ pietatis officia in sanctorum uigilijs.

Quam sanctè obseruandum quadagesimale ieiunium: staturam autem solemnibus, uel aduentus, uel Septuagesimæ, uel aliorum temporum celeberrimis, præmonete fideles, atque diligenter ex pastoralium etiam litterarum præscripta recitatione ac ratione instruite ad sacra illorum temporum mysteria, sanctis pietatis officijs religiosè colenda.

Vtque ijs omnibus pro temporum, solemnitatumque ratione illi instrui possint, sæpè monete, ut Dominicis, alijsque festis diebus, quemadmodum sacra Tridentina Synodus optat, ad Parochialem Ecclesiam conueniant.

Qua in re sæpius monitionem pastorem eo de genere frequentis populo legite.

Sæpe autem, ac diligenter eosdem docete, quam assidue orandum sit.

Quomodo & tacita supplicis mentis meditatione, & pijs staturis orationibus precandum.

Quam studiosè, ac religiosè suscipiendum uespertinæ communis orationis institutum, quam diligenter illud semel susceptum piè retinendum.

Ideoque cum alias sæpè in anno eam orandi rationem, cum indulgentijs concessis per summa capita explicate; tum præcipuè diebus Concilio Prouinciali tertio constitutis in maxima populi frequentia descripto pronunciate, atque euulgate.

Dominicis

Dominicis diebus institute populum, & monete, pro quibus oret, vt est in eodem Prouinciali Concilio decretum.

Tum præterea quas, singulis hebdomadæ ferijs, præcipuas precatio- nes, Christianasque meditationes, atque in orando exercitationes sibi propositas in promptu habere possit.

Quàm sæpius uerò sermonibus uestris populo proponite locos perpetuæ Christianæ meditationis de morte, de iudicio, de inferno, de gloria, & de præmio paradisi.

Monete præterea sedulo, ac frequentissimè patres, matresque fami- lias, ut liberos, familiamque suam ad pietatis, Christianorumque uirtu- tum disciplinam religiosè instituant.

Ad hoc propterea patres familias inducite, ut de uitæ spiritualis rati- one, & pijs exercitationibus libros probatos domi suæ habeant; in quo- rum lectione uersentur; seseq; ac familiam instituant ad sanctè agenda.

De patrum familias officio, familiæque institutione, editam in Con- cilio tertio Prouinciali Constitutionem in Parochiali conuentu legite, singulasque eius partes explicate.

Tum alia præterea docete, quæ opportuna existimaueritis, quibus il- li se, suamque familiam in Christianæ uitæ institutis, atque exercitatio- nibus conforment.

In officinis etiam, & tabernis discipline, uitæque Christianæ ratio- nes obseruate: si quid autem, uel ab artificibus, uel ab institutoribus ope- rarijs uè committi animaduertitis, quod dissolutæ discipline sit, id of- ficinarum, tabernarum uè dominos grauiter monete, ostenditeque ea in re officij sui partes.

Estis participes, & socij laborum, curæque Episcopalis, & in messe Episcopo commissa, operarij estis, elaborate unà cum eo, & contendite, ut populus, cuius cura geritur, tamquam purum triticum, auxiliante diuina misericordia, congregetur in horrea cælestia.

Depositum custodi, inquit Apostolus Paulus, id quod nobis singulis dictum esse pura e, ut in grege, tamquam deposito fidei, curæq; uestre commisso diligenter custodiendo, ab omni peccati labe conseruando, cogitationem, sollicitudinem, curam, studiumque omne colloce- tis.

Parochiæ igitur, unicuique uestrum concreditæ uiciniam, cum a cæ- teris uitijs omnibus uos singuli sollicitè custodite; tum curate etiam, ne odia, similitate, inimicitie, factiones, temerè iurandi maledicendi, im- precandi, præuæ consuetudines, ac ne detractiones quidem in ea sint.

At uitia in primis, & peccata, ad quæ populum proliuiorem esse animaduertitis, reprehendite, atque exagitate.

Nec uerò dissimulate peccata: sed annunciate populo scelera eius: pu- blicè peccantes coram omnibus arguite, ut & alij timorem habeant.

Idque

Idque agite spiritu fortitudinis Domini, & , vt strenui eius milites, bonam militiam militate, nihil planè trepidantes.

Si ab increpatione, vos monet S. Gregorius, reticueritis, quia contra vos odia insurgere reformidatis, non iam Dei lucra, sed vestra quæritis.

Non maledictis, non vexationibus, non calumnijs, non alicuius generis contumelijs illud, vel increpandi, vel palam arguendi officium deserire, modo Christi, & animarum saluti seruiatis.

Rursus non aucupandæ hominum gratiæ studio id agere desistite: seruus Dei non essem, si hominibus placerem, inquit Apostolus.

Væ vobis tacentibus, aut dissimulantibus, si grex curæ vestræ commissus perierit, sanguinem eius de manibus vestris requiret iustus, & omnipotens Deus.

Si igitur peccatur, nè in increpationibus verba vestra blandimenta sint; sed, vt à Spiritu sancto scriptum est, stimuli sint, & quasi clauis, in altum defixi.

Instate opportunè, importunè, priuatis etiã admonitionibus, consilijs, correptionibus, obiurgationibus, vt peccantes, adiutrice diuina gratiã, in viam salutis reuocetis.

In vsu etiã sanctè ita reuocate fraternam correctionem, vt non modo mutua Christiana charitate vos ipsos corripatis; sed reliquos item, præsertim Parochiæ incolas id charitatis & correctionis officium rectè doceatis.

Ad sermonum verò, admonitionum, correctionum partes explendas, locos vobis comparate, præcipuè ex doctrina Catechismi Romani, in quo magna cum populorum vestrorum salutari vtilitate versari diligenter potestis.

Neque ad hoc multiplicis vestræ Ecclesiasticæ tractationis genus negligite adiumenta, quæ aliunde vtiliter capere potestis.

Cætera autem officia, quæ in sacramentorum administratione, in assidua ad frequentem eorum vsu cohortatione, in agrorum cura, in alijs Parochialis muneris functionibus, vobis Prouincialibus Diocesanisque Concilijs præscripta sunt, præstate, atque exequimini accuratè: ad earumq; Conciliarium Constitutionum, decretorumuè normam, omni obseruantia, atque obedientiæ studio vos planè conformate.

Quæ verò decretorum Prouincialium, vel Diocesanarum partes ad laicos, eorumq; Christianam disciplinam attinent, quò sæpius enunciatæ, atque inculcatæ, seruentur diligentius; illas, summam vultu sermone expressas, crebrò, prout vsu venerit, populis vestris proponite, denunciate, explicare, atque in consuetudinem inducite.

Quæcumque denique vel ad vos, vel ad laicos curæ vestræ commis-

fos pertinent, ea decreta, quo maximo potestis studio, in omnem executionem, disciplinaeque usum introducite. Videteque in primis ac perpendite, quae sint, & quam religiosa muneris vestri partes: cauteque ut in officijs, & curae vestrae functionibus non modo quicquam vos non committatis, sed ne omittatis quidem; cum in sacerdotali vita, pro muneris, quod sustinetis, ratione, tum grauiores, tum longè plures, quam in ceteris hominibus esse possint, omissionis culpa.

12 Vos praeterea reliqui Sacerdotes, quicumque estis, quibus animarum cura non incumbit, cum alia omnia, quae Ecclesiastici ordinis hominibus de diuinorum officiorum cultu, de vitae honestate; de studijs, & vitae spiritualis exercitationibus, praescripta, aut monita generatim sunt, tum quae nominatim, sigillatimque ad praecipuam vestram executionem attinent, praestate omnino.

13 Vos item reliqui Clerici inferiorum ordinum, quicumque ad vos, vel nominatim, vel generatim spectant, agite omnia, sicut Clericalis vitae ratio, Canonum, & Conciliorum decretis praescripta, postulat.

Christi estis, nempè de sorte Domini, & ipse Dominus fors, pars scilicet vestra, tales praebete vos, ut & ipsi possideatis Dominum, & possideamini à Domino, verèque dicatis, Dominus pars hereditatis meae.

Filij mei nolite negligere: uos elegit Dominus, ut stetis coram eo, & ministraretis illi.

Videte igitur, quam ualdè intentos vos esse oporteat ministerijs vestris, & quam magna uita, morumque castitate.

Proborum hominum tantum, praecipuè Sacerdotum, uita spiritualis laude praestantium, familiaritate utamini: ex quorum consuetudine tum fructus uos capiat, tum Episcopus meliorem in dies de uobis opinionem concipiat.

Maiores ueremini, & obseruate: eisdemque rectè monentibus obtemperate.

Praeter latinae linguae, & litterarum studia, Ecclesiasticae in primis disciplinae institutionibus diligenter incumbite.

Sic demùm uos moribus, & uita modestia probate, ut & à Parochijs, & à praepceptoribus vestris, tum etiam à populo bonum testimonium Episcopus habeat, uosque dignos iudicet, quos maioribus ordinibus adscribat.

14 Vos uerò, qui uel uisitationis munus geritis, vel Clericalis disciplinae curae quouis nomine praefecti estis, vel in Dioecesi Vicarij foranei constituti, in explendis numeris atque officijs, uobis commissi, partibus sedulo inuigilate, atque elaborate.

Onus, quod sustineis, quam graue sit, quam plenum curis perpendite;

dire; tūm quam in eo uobis committendo spem, fiduciamque Episcopus habuit, uidete: tūm efficitē, ut eius expectationi respondeatis, uigiliarum uestrarum, studijs, assiduaque sollicitudine.

Ecclesias, quę in uniuscuiusque uestrum regione sunt, sedulo uisitate: earumque partes singulas inspiciate.

Peruestigate in uniuscuiusque Parochię finibus, an aliqua publicorum peccatorum labes; an flagitia, quibus Episcopali cura Episcopus medeatur, necesse sit.

Vniuerso Clero, pro regione commissa, inuigilate diligenter; aludque in primis uidete, ut in disciplinę Ecclesiasticę moribus, atque officijs se contineat, Clericalisque moderationis legibus congruenter uiuat.

Indecentem eius habitum omninō rejicite; morum sanctę uitę, sacrarumque litterarum, & institutionis Ecclesiasticę studia, si quę in eo languescunt, excitate.

Clerici autem minorum ordinum, in hoc maxime uobis commendati sint, ut illorum omnes, tūm in uitę moribus, tūm in litterarum, ecclesiasticęque doctrinę studijs progressionē accuratē exploretis, atque ut maxime potestis, paternis cohortationibus, atque obiurgationibus ijsque assiduis adiuueis.

Ecclesiarum item cultum, nitorem, cęteraque eius generis omnia curate uestra diligentia, quę totis in Christo uisceribus ab unoquoque uestrum expetitur.

Quęcumque uerō, uel Prouincialium, Diœcesanarumque Synodorum decretis, uel præcipuis instructionibus, uel uisitationum iussis præscripta sunt, ea omnia, ut re ipsa præstentur, studiosē perpetuō agite.

15 Hęc omnia, & singula his monitionibus nominatim, sigillatimque expressa, tūm cuncta item reliqua, uel Concilijs Prouincialibus, Diœcesanisque sancita, uel alio modo uobis præscripta, uos omnes, ac singuli, quorum interest, quanto potestis amore, & pietate non amplectimini solum, & legite; sed mente, animoque comprehendite, seruate, omnique sollicita executione præstate; totosque uos ad cohortationum, admonitionum, decretorum, & Constitutionum rationem accommodate. Quod omne, ut faciatis, sicut nos pro Episcopalis nostri officij munere uos in hoc Diœcesano conuentu ex Concilij Prouincialis præscripto commonefecimus: ita etiam unumquemque uestrum, per unigeniti filij Dei aduentum, per eius Crucem, perque animarum uestrarum salutem obsecramus, obtestamur, diuinaque contestatione monemus. Rursusque uobis ipsis uniuersis, & singulis edicimus, si quis uestrum Constitutionibus, decretis que uel Prouincialibus, uel Diœcesanis,

celanis, vestra causa editis, non paruerit, contra eum nos actores esse Ecclesiasticis, Canoniceque sanctionibus.

Cauete igitur ne quem vobiscum paternè modo agentem, sollicitè que moneantem, & in conspectu Dei vos hoc sacro deprecantem, auditis, eundem rursus in hac vita solum culpas vestras animaduertentem, sed in diuino præterea iudicio easdem accusantem audiat.

At ipse Deus, & Pater noster, & Dominus Iesus Christus dirigat vias vestras in omni sancta obedientia; exhortetur corda vestra, & confirmet in omni opere, & sermone bono; ita vt dignè ambuletis vocatione, qua vocati estis, per omnia ei placentes; sicque sanctis vestrarum virtutum progressionibus probati, appareatis ante Deum, & patrem nostrum, in Aduentu Domini nostri Iesu Christi, cum omnibus sanctis eius. Amen.

De Iudiciali foro Episcopi, Episcopali que iurisdictione.

De Foro Episcopali, deque iudicijs & expeditionibus quæ in ipso Ecclesiastico foro aguntur.

SUMMARIUM.

- 1 Episcopali foro leges præscriptæ.
- 2 De iudicijs, deque sententia cause ferenda, cum congregatio habeatur, illius initio oratio de Spiritu sancto recitanda, eaque oratio ubi proponenda.
- 3 Calumnie iuramentum à quibus, quaque litis parte exigi possit.
- 4 Iurandi relaxatio ad agendum tantummodo detur; & quando neque ad agendum.
- 5 Iurandum, qua forma ab Episcopis, & alijs Ecclesiasticis præstandum. De vita & hon. Ep. nu. . . & de vit. & hon. Cler. nu.
- 6 Vbi in foro seculari Clericum examinari petatur, quid curandum.
- 7 Cause decem aureorum summarie decidende.
- 8 Causis, & litibus dirimendis cura Episcopi; à quo vt compescendi causarum ministri. Ibidem.
- 9 Earum defensio, & commendatio quibus prohibetur.
- 10 Matrimonij causam quando inferior Episcopo cognoscere possit.
- 11 Abbates quando de ipsis matrimoniorum causis cognoscere possint.
- 12 Aëta causarum in Codicem referenda. Idem de processibus criminalibus.

Testium

- 11 *Testium dicta in civilibus à quibus scribenda.*
- 12 *A quibus etiam acta, quibus decretum iudicis & Episcopi adscribitur.*
- 13 *De seruitutibus agrorum Clericalium quid Episcopus statuere possit.*
- 14 *Formula iudiciorum, expeditionumque Episcopatum, emittenda.*
- 15 *Formule alia emisse, seruandae.*
- 16 *Expeditiones, quo sigillo imprimendae.*
- 17 *Hebdomada dies feriarum nomine appellandi.*
- 18 *Dierum utilium liber, Episcopi cura conficiendus.*
- 19 *Pœna, & multa locis pijs applicandae.*
- 20 *Liber multarum: earumque quis particeps non sit.*
- 21 *Appellatio à sententia Episcopi, uti delegati Apostolici ad Metropolitanum deuoluitur.*
- 22 *Appellationi ab interlocutoria in causis uisitationis non deferendū.*
- 23 *Littere Monitoriales quomodo, & à quibus concedendae. 14.*
- 25 *Quando ad sententiam excommunicationis deueniendum.*

1. De Iudic. I
foro Episc.



T à foro Episcopali, quantum fieri potest, auaritia labes amoueatur; & quam minimis possint incommodis, atque sumptibus cause in eo agantur; nos præter eam diligentiam, quam in ea re maximam Episcopi, in sua quisque Diocesi adhibere debent; hæc statuenda censuimus. Vide in Tit. de Cancellario, Notarijs, & Scribis.

6. Quæ ad
for. pert.

2 Stata illa oratio, quam in Synodis de Spiritu sancto dici solemne est, illa scilicet, cuius initium est; *Adsumus Domine, ruc, sancteque vt liber Pontificalis vetus ostendit, congregationum initio recitetur quæ de sanctæ Inquisitionis officio, de iudicijs, de sententia causæ ferenda, habebuntur.*

Itidem fiat in omni contentu, vbi de Clericalibus examinibus de electione institutione uè eius agetur, aut deliberabitur, in quem alicuius beneficii Ecclesiastici cura, administratione conferatur. Quam ob causam ea oratio rectè in tabula litteris consignetur, certoque congregationum loco affixa, cum vsu venit, in promptu sit, vnà cum alia stata oratione, quam in initio, & in fine aliarum actionum, congregationum uè ex officio Beatae Mariæ adhiberi, instituti, morisque est.

7. De Episco
po Epali iur.
& foro.

3 Vt apud iudicem Ecclesiasticum omni sinceritate iudicia exercetur; statuimus, atque edicimus, illum non solum litis principio, sed in omni eius parte, cum expedire censuerit, atque ex officij sui munere, tam ab actore, quam à reo calumniae ius iurandum exigere posse.

4 Iusiurandum, sicut vinculum iniquitatis esse non debet; ita eius relaxa-

relaxatio, absolutioe æquum nullum modo est, vt cuiq; præiudicium afferat. Quamobrem nè cuiquam in posterum ius iurandi, quo astrictus est, relaxatio, absolutioe vquam detur; nisi ad agendum tantum; aliàs ex sacrorum Canonum præscripto, at verò nullo modo ad excipiendum; ac præterea, nè ad agendum quidem posteaquam quis peritium admisit: à quo crimine Episcopus absoluat neminem.

5 Vt frequentibus Clericorum cuiuscumque gradus, & ordinis, quos in foro seculari, concessu Episcopi examinari sæpè contingit, periculis occurratur, Episcopus, eiusque Vicarius, anteaquam eius examinis facultatem concedat, rerum de quibus in eo foro interrogationes, quaestionesue instituendæ erunt, capita, diligenter, & matura deliberatione perpendat. Clericum præterea, de cuius examine agitur ad se si libuerit accersat, ac de iisdem rerum capitibus extrà iudicium interroget. Illud autem magnoperè caueat, nè dum vnus defendendi causa, quaestiones, examene de Clerico haberi permittit, alteri aliquam vel rei familiaris, vel pecuniæ, vel corporis, vel status honorisue offensionem, aut diminutionem afferat: vnde cum sæpenumero simulates, & cædes existunt, tum Clericus etiam aliquando irregularitatis poenam, maculamue contrahit. Quatum rerum si aliquam Episcopus suspicionem ex ipsi capitibus cognouerit, de quibus quaestio instituenda est, nullam Clerici examinandi facultatem vilo modo permittat. Vbi verò illam aliquando dandam esse iudicauerit: tunc certis capitibus nominatimque explicatis iudicio suo præscriptam, literisque comprehensam concedat, permittatue. At verò semper Clerico à Sacerdote iusiurandum deferri iubeat.

6 Cause, quæ decem aureorum nummum summam non excedunt, summarie, simpliciter, ac de plano, sola rei veritate perspecta, sine forma iudicij cognoscantur: id quod ab huius Prouinciæ Episcopis agi licet ex facultate à Pio V. Pont. Maximo eisdem Episcopis concessa.

Quoniam sæpè fit, vt in causarum controuersijs, id quod uir, & fanctitate, & iuris scientia celebris luo pluribus exponit, inimicitia oriuntur, simulates, odia, rixæ, cæteraque id generis, quæ maximè fideles cauere debent valdè exercentur: & multa eaque graua crimina inde aliquando consequantur, aut negligantur: ideo in foro Ecclesiastico, in quo concordia potissimum, paci, lium transactionibus, atque sedationibus controuersiarum planè cõsulendum est, Episcopus eam in eationem: vt Vicarij, aut Iudices fori sui, aut alij Ecclesiastici homines, quos cura præferat, anteaquam litis, reiuè alicuius iudicium constituantur, studeant omni æquitatis officio, paternoque consilio lites ditimere, controuersias sedare, & transactionibus litigantes reconciliare, atque ad eam rem facilius conficiendam, factum, de quo controuertitur,

6. Quæ ad forum pert.

3. De ijs quæ ad for. Episc. pert.

6. Ibidem. Conc. Trid. sess. 25. c. 10. de refor. c. siem & c. si. de dolo & cõt. c. 2. de re Iud. c. constitut. de pcur.

eur, ab ipsis litigantibus, seorsum singulis ad se vocatis, studeant planè intelligere, quantum quidem commodè fieri poterit, etiam remois vtriusque partis aduocatis, & procuratoribus; sin autem id allequi nò poterint, id saltem curent, vt lites breuius, quàm in foro laicali morà est, definiantur.

Locum verò nullum patronis, Aduocatis, Procuratoribus, ceterisque litium ministris dent, aut relinquunt, qui quæstus forensis auidi, atque appetentes, causas prætexunt, calumniasque adhibent, tum ad causarum transactionem impediendo, tum ad exulcerandos litigantium animos.

Istorum etiam malitiam Episcopus pœna priuationis, suspensionis uè officij, postulandi, & procurandi in suo foro; alijs uè pœnis suo arbitratu, pro sua conscientia coerceat, etiam sine ulla iudiciali causæ cognitione.

5. Ibidem.

7. Nemo quisquàm, neque Vicarius, etiam foraneus, neque procurator, aduocatus uè iurici Episcopalis, neque auditor, nec verò alius, qui in familia, famulaturè Episcopi sit, causarum, quæ in Episcopali foro agantur, procuracionem, defensionem, ac patrocinium nec nomine, nec re ipsa suscipiat, agatur, præter illas, quas debet, pro suscipi officij munere, & quas præterea pias causas Episcopus, ab illo suscepti, agnè inlserit. Nec verò quispiam eorum patiatur famulos suos in eo Episcopali foro causas non modo agere; sed nè commendare quidem: minùs verò quicquam vel minimum opera, quo præiudicium, damnum uè cuiquàm inferatur.

Neque præterea ipsi, vel fori Episcopalis ministri, vel Episcopifamiliares in causarum commendatione auctoritatem suam interponant: nisi ij sint, quibus pro muneris sui ratione diligenter curandum est, vt lites, controuersie, & causæ præsertim miserabilium hominum, quàm celerrimè, & rectissimè in primis definiantur.

6. Ibidem.

8. Quicumque in dignitate Ecclesiastica constituti, etiam exempti; qui intrà fines Diœcesis sunt, & reliqui præterea inferiores Episcopo, nè priuilegiarum, consuetudinis uè prætextu matrimoniorum, & criminum item causas, etiam uisitandò cognoscant; sed Episcopi iurisdictioni, iudiciouè relinquunt, ad præscriptum Concilij Tridentini.

Sess. 24. c. 20.
de refor.

9. Non tamen Abbates, quibus aliàs legitimè talis iurisdictioni competit, alijs uè inferiores si de immemorabili consuetudine eiusmodi legitimè doceant, quominus de his etiam causis cognoscant, prohibeantur.

3. Ibidem.

10. Acta omnia notarij in Codicem, non in pagellas referat, quauis eas cordula inligant; idque præsent, mense saltem, postquam rogati illa confecerint.

Fori

Fori Episcopalis Cancellarius, ac Notarij certos libros habeant; in quibus causarum Criminalium actiones, quaestiones, ac, quos vocant processis, rectè, ordineque describant, nec verò in folijs.

4. De foro Episcopali, Ecclesiasticouè.

3. Ibidem.

11 Testium dicta, & attestations, in causis Ciuilibus nè scribantur ab alio, quàm ab ipso causæ Notario, siuè actuario, vel ab alio eius nomine. Quæ attestations ipsi Notario causæ, siuè actuario consignentur, & afferentur; vt post in Archiuo vnà cum toto processu recondantur, vbi custodiuntur aliorum actorum monumenta.

12 Idem decernitur de instrumentis, actisue dictæ causæ; quibus decretum iudicis adscribi contigerit.

In alijs verò omnibus, quibus auctoritas, decretumue Episcopi sit interponendum, Cancellarius tantum Notarius adhibeatur.

6. De Episcopo, &c.

13 Sæpenumero accidit de seruitute aquæ per alienos agros deducendæ, de orizis intrà certos fines non ferendis, atque de alijs eius generis rebus, & causis, controuersias, litesque inter homines Ecclesiasticos, & laicos excitari. Quamobrem Episcopus cuius etiam præter cetera munus est, litium occasiones præcidere, & in commune etiam vtilitatibus publicis consulere quæ ad Ecclesiastici ordinis homines pertinere ex Canonum sanctionibus cognouerit, ea edicto etiam Episcopali, si ita expedire censuerit, æquo iure statuatur, & decernatur. Videat tamen antea diligenter, si qua in causâ Sedes Apostolica consulenda sit; neque verò tunc ea inconsulta quicquam agatur; deliberetue.

5. Ibidem.

14 Iudiciorum, causarumque forensium, tum etiam omnium litterarum, expeditionum formula, quæ ad fori Episcopalis rationem, rectè institutendam, & tuendam, quæque ad deprauatos vsus tollendos pertineat, Concilij huius auctoritate per nos descripta, cum in lucem emittetur, in omni Episcopali Prouinciæ tribunali accuratè diligenterque seruetur.

4. Ibidem.

15 Formulæ certis verbis conceptæ, atque explicatæ Conciliari nostra auctoritate, ad huius Prouinciæ vsum in lucem emissæ, ab omnibus, & singulis, quorum interest, pro concepta, constitutaque ratione seruetur.

16 In omni, & scripto, & actione, quæ sigilli Episcopalis impressionem requirat, Episcopus sigillo sancti Patroni Ecclesiæ, cui præest, imagine aliqua certa expressa, vtatur: quod cum ad illius sancti viri memoriam, imitationemque excitandam, atque ad Ecclesiæ ornatum, & splendorem insigne est; tum pietatis rationi conueniens, & cum Ecclesiarum benè institutarum vsu, consuetudineque consentaneum.

Eius verò sigillo certa forma, imagine, vel pro antiquo illius Ecclesiæ instituto, si id constat, vel, prout Episcopus semel stauerit, perpetuò adhibeatur.

5 De Cancell. & Nor.

17 Hebdomadæ dies, antiquato gentium à fide abhorrentium more,

T t re,

re, non Stellarum errantium, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis, Venetis, & Saturni nominibus, sed feriæ appellatione, & distinctione nominari, sanctissimus Pontifex Syluester decreto sancit.

Quod cum non sine multiplici ratione ab eo institutum sit, id Provinciæ nostræ Episcopi curent, ut omnis Ecclesiastica actio, qualis qualis sit, quæ, vel in Synodis Diœcesanis, vel Sacerdotalibus, Clericalibus uè Conuentibus, vel in Canonicalibus Capitulis, vel in foro Episcopali, vel vlllo alio loco, temporeve celebretur, non dierum, qui illarum stellarum appellationem, adhuc etiam vulgò retinent, nomine, sed ferie distinctione, & ordine rectè notetur.

6. Quæ ad for. pert.

18. Dierum vtilium librum, quibus à fori sui Ecclesiastici iudicij feriari liceat, Episcopus conficiendum, edendumque pro fori sui ratione curet.

4. Ibidem.

19. Pœnæ, & mulctæ omnes, ac singulæ cuiusvis generis sint, suæ Clericorum, suæ aliorum quorumcumque etiam quas ex superiorum Conciliorum sanctionibus irrogare contigerit, deinceps, piorum locorum, operumve vsui verè, atq; omninò attribuentur, nulla prorsus parte seruata, aut alij vsui attributa.

20. Rursusque vtriusque attributionis, solutionisque certa, atque explorata ratio consuet; Episcopus certum Codicem, in quem eæ explicatè referantur, confici, in Archivioque Episcopali asseruari diligenter mandet.

Nec verò Vicario, alijve Episcopalis fori iudici vllam omninò penarum mulctarumque partem consequi, habereque vlllo quouis colore liceat.

Ibid. sess. 13. cap. 2.

21. Quoties Episcopus, etiam tanquam Sedis Apostolicæ ex decretis Concilij Tridentini delegatus, sententiam in ijs causis tulerit, in quibus ante Concilium, tanquam ordinarius, eadem iurisdictione, potestate uè uti poterat; si ab illius sententia ad Metropolitanum appellabitur, non propterea, quia sententia, tanquam à Sedis Apostolicæ delegato pronunciata est, à Metropolitanani iurisdictione subterfugiatur; sed appellationis causæ cognitio omnis liberè eidem permittatur.

Sess. 13. ca. 1.
Sess. 21. ca. 1.
Sess. 24. c. 20.
de refor.

22. Quod Concilij Tridentini decretis sancitum est, ut in visitationis, correctionis, habitatis, in habitatis, & criminum causis ab interlocutoria ante diffinitiuam sententiam, aut ab alio quocumque grauamine appellatur; ita omnes, ad quos pertinent, id exequantur, ut non modo appellationi non deferatur: sed neque Metropolitanus, ad quem appellatum est, ante diffinitiuam sententiam cognitionem grauaminis suscipiat, adhibeat uè: ita ut nè simpliciter quidem mandet, acta causæ sumptibus appellantis mitti. Vbi verò sententia diffiniens lata est, quæ ad causas visitationis, & correctionis pertinent, appellari liceat; ita tamen, ut illius executionem non retardet, impediatur appellatio. Quod si de grauamine.

grauamine agitur, quod per appellationem à diffinitiuâ reparari nequeat, quale est grauamē in debitâ carcerationis, tunc appelletur, licet, & appellationi planè deferatur. Nec verò prohibeatur, quominus acta causæ ad iudicem appellationis deferantur. Intereâ verò idem, cuius causa agitur, in carcere permaneat, quò ad causa cognita Iudex, ad quem appellatum est, aliter iusserit, decreuerit. Si verò causa correctionis est, utpotè, cùm quis iniquè in carcerem se coniectum esse, aut diutius in eo fuisse conqueratur, & ad Metropolitanum propterea appellet; de prætenso excessu is cognoscat licet, dummodò quæ ordinarius iudex decreuerit, eorum executio intereâ non impediatur.

23 Excommunicationum, quæ certis monitionibus primùm adhibitis, ad finem reuelationis, ut aiunt, pro deperditis, subtractisue rebus feri solent, litteræ nè cuiquàm, nisi ijs concedantur, qui ob eam causam supplicationis libellum Episcopo obtulerint, eorumque ipsorum tantùm rogatu, quorum ciuilitè interest. Qui supplicationis libellus eiusmodi sit, quo & res ipsa, de qua agitur, & eius precium item nominatim, speciatimque exprimat; nisi Ecclesiæ, loci pij, communitatis, vniuersitatis, Collegij, vniuersalisue successoris res sit, cuius certam notitiam illi, illamve non habere verisimile est, tunc enim supplicantis qualitate in libello expressa, rei, de qua quæritur, descriptio quædam generatim fieri poterit, modo nè sit incerta nimis, aut non verisimilis, sed eiusmodi, quæ saltem ostendat rem ipsam, ut est Tridentinæ Concilij præscriptum, non vulgarem esse: id quod Episcopi concedentis religiosæ conscientie, iudicioque pro ratione rei, & personæ relinquatur.

4. Ibidem.

Sess. 25. ca. 3. de refor.

Potèrò eiusmodi excommunicationum litteræ non concedantur, ut infra sancitum est.

Pro re criminosa, quæve infamiæ notam inurat.

Pro re non occulta omninò.

Pro re, quæ ità iam diù amissa, aut subtracta est, ut illius memoriam amplius non haberi verisimile sit.

Neque rursus cuiquàm excommunicato, aut manifestè, ac notoriè criminoso.

Neque uerò contrà aliquem, quem pro rebus, quæ in monitorij litteris exprimentur, satisfacere non posse constat.

Neque prætereâ in loco, ubi eas verisimile sit negligi, contemnive.

Cùm uerò pro ratione præscripta aliquando conceduntur, nè tamen in sanctissimis his diebus, in Natiuitate scilicet Domini, Pascha Resurrectionis, Ascensione, Pentecoste, in celebritate sacri Corporis Domini; aliisque anniuersarijs solemnioribus diebus, ullo modo promulgentur; nisi Episcopus aliter censuerit.

Si item nihil, quod suprâ sancitum est, neque aliud quicquã obstat,

Scilicet. 2. c. 3.

quominus concedi possint, nè semper tamen dentur, concedantur, sed tantum cum Episcopus, seruata forma Concilij Tridentini, expedire censuerit.

24 Cui Episcopo soli, neque verò eius Vicario, etiam generali modo Episcopus non longius absit, eiusmodi monitoriarum litterarum concessio hoc decreto reseruata sit.

25 Iis verò litteris monitorijs aliquando datis, ne excommunicacionis sententiam Episcopus ferat; nisi de earum promulgatione locis, de temporibus congruis facta, relationem acceperit, & iterum de re ipsa diligentius, accuratiusque deliberarit, ac grauem præterea causam censuerit, quam obrem illam ferat.

4. Ibidem.

26 Litteræ monitoriarum de rebus surreptis, ablatiis, nè deinceps dentur, nisi præscriptis rationibus, quæ partim in Concilio Prouinciali quarto explicate sunt, partim in hoc enucleatius, ut infra præscribuntur.

Cætera, quæ huic Titulo aliqua ratione congruere possunt, videantur in Titulo de Cancellario, Notarijs, & Scribis Episcopali Curia: & de Archiuo Episcopali.

De Ferijs.

S V M M A R I V M.

Quadragesimæ tempore ius non dicendum, manè: & quibus alijs diebus. De obseruandis à Christi fidelibus in Aduentu, &c. 33.

1. *Rei festis diebus non torquendi.*
 2. *Testes, neque etiam testificentur.*
 3. *Id in vtroque foro seruandum Episcopo curante.*
- Dierum vtilium liber Episcopi cura conficiendus. De foro Episcopi. 18.*

4. De ferijs.

1. **R**Ei, ne festis diebus, diuino cultui dicaris, torqueantur; Si modo criminis atrocitas aliud non postulet.

2. Ac ne testes quidem, ijs diebus testimonium dicant, etiam si feriali die iurati id sint nisi in causis, in quibus licet eisdem diebus iusiurandum illis deferri.

3. Id omne sanè Episcopus, cum in Episcopali foro; tum in secularibus iudicijs caueat, ut seruetur.

De Vicario Episcopali, aliisque Iudicibus ordinarijs & Delegatis, Conseruatoribusque, & Iudicibus laicis.

SV 18.

S V M M A R I V M.

- 1 *Vicarius Episcopalis sit alienae Diocesis.*
- 2 *Non tamen personalis residentiae onere adstrictus.*
- 3 *Inret antequam officium suscipiat.*
- 4 *Sacris initiatus existat.*
*Vicarij Episcopales, iudicesque alij quid praestent, ut cause celerius
divinantur. De foro Episcop.*
*Causarum defensionem, in Episcopali foro non suscipiant: neque com-
mendent. Ibid. 7.*
- 5 *Nullum munus, etiam minimum accipiant ab ijs qui causas in Epi-
scopali foro agunt, neque pro executione dispensationum matrimo-
nialium. De Sacram. Matr. 57.*
- 6 *Pecuniam etiam pro scripturarum visione non capiant.*
- 7 *Sportularum nomine in causis ordinarijs nihil etiam accipiant.*
*In causis ordinarijs & delegatis a praescripta illis, & iudicibus alijs
taxa ne, discedant. De Legibus, & Taxa, &c. nu. 5.*
Contra facientes, ut puniuntur. Ibid. nu. 6.
*Litteras monitoriales quando concedere possint: remittereque denun-
tiationes matrimoniales. De foro Episcopali, nume. 24. Et de Sa-
cram. Matr. 22.*
Mulctarum partem non babeant. De foro Episc. 20.
*Que facultas illis concessa in Conciliorum Prouincialium decretis
Que generatim ad haec decreta pert. nu. 1.*
- 8 *Facultas ipsa gratis danda.*
*Taxam iudicibus ordinarijs praescriptam, qui alij indices seruent. De
Legibus & Taxa, nu. 5.*
*Vicarius Metropolitanus quos Episcopos Comprovinciales admoneat
de Metropolitanani inualetudinis periculo. De vita & hon. Episc. 59.*

Illud maximè expedit, cum omniq; ratione con-
sentiens admodum est, ut Vicarij Episcopales,
quò ad eius fieri potest, alienae potius Diocesis,
quàm illius sint, ubi commissum Vicariae curae,
officij munus obire, atque exequi debent. Sæpè
enim fit, ut cum iustitiae quasi osculis tenebras
cognatorum, affiniumuè illa innata uis effun-
dat; tum gratia, metuque eorum, quibuscum vixerunt, viuendumq;
deinceps est, etiam boni, constantesque uiri ab æquitatis norma, recta-
que via facilius deflectant.

5. De Episco-
po, Epali Iu-
risd. & foro.

2 Si præterea id Vicarij officium eis committitur, qui in aliqua Ecclesia personalis residentie munus sustinet, id incommodi, quod a per-
multi interest, manifestò existit, ut non faciliè, neque cumulatiè, ut pat-
est, vtriusque muneris partes expleat, atque exequatur.

Quare Episcopus, cum alia via, rationeque in eo vicario munere
sibi, sueque Ecclesie rectè consulere potest; videat, ut nè illius gene-
ris viros ad illud adhibeat.

Nè vel ad seminarij quidem curam &c. Tit. de Residentia nu. . .

3 Nè Episcopi Vicarius, ministeruè, iudicandi officium, partesque
ab eo commissas, antea aggrediatur, suscipiatuè, quam eidem ius iuran-
dum præstiterit ad formulæ conceptæ præscriptum.

6. Quæ ad fo-
rum pert.

4 Aquissimum est, & Canone Concilij Parisiensis traditum, eum,
qui vicariam Episcopi personam, & munus Vicarium sustinet, sacris
initiatum esse. Quamobrem curet Episcopus Vicarium generalem
sibi constituere, qui præter cætera, quæ in Vicarij eiusmodi persona
requiruntur, saltem subdiaconus sit.

3. De ijs, quæ
ad Ep. forum
pert.

5 Nullum neque munus, neque donum, neque cuiusvis generis re-
nia ne esculenta quidem, poculentauè Vicarij ab ijs accipiant, qui co-
ram eis causas, vel habent, vel agunt.

6 Nè pecuniæ item quicquam ordinarius, delegatusuè Iudex acci-
piat pro recognitione, aut, ut vocant, visione scripturarum ad causas,
quæ apud se aguntur, pertinentium.

5. Ibidem.

7 Illud præter cætera munus Episcopi est, ut in suo Episcopali foro,
vniuersis, & singulis ius gratis reddatur. Quamobrem, præter id,
quod alio Concilio Prouinciali de muneribus, & donis cauius, hoc
decreto statuimus, in ordinarijs causis nihil quicquam vel minimum,
nè sportularum quidem nomine, nec à spontè etiam dantibus, aut villo
quouis modo à iudice illius fori accipi licere. Si quis acceperit, penam,
lege Iulia repetundarum sancitam, ipso facto subrat.

4. De foro E-
piscopali.

8 Quicquid consensus, approbationis, facultatis, licentiaque, vel alio
huiusmodi nomine ex huius, vel superiorum Conciliorum Prouincia-
lium decretis ab Episcopo impetrandum est, eiusuè auctoritate conce-
dendum, id, & ab ipso, & ab eius Cancellario, & quibusvis ministris
gratis omninò semper detur, etiam quò ad scriptum attinet.

*Quæ fortè desiderabuntur in hoc Titulo, videantur in Titulis alijs, ad
Episcopale forum pertinentibus.*

De Causidicis, Procuratoribus, Aduocatis, tam causa-
rum, quam Fiscus Episcopalis: Deque Procuratore,
Patronuè piarum causarum.

SVM.

S V M M A R I V M.

- 1 **Causidici**
Aduocati } non admittendi antequam iurent, & quid.
Fiscales.
- 2 **Idem inquam causam defendentes; concubinarij, adulteri, criminosi**
à foro Episcopali repellendi.
A patrocínio causarum, earumq; commendatione, tam ipsi quam sui
familiares ablineant. De foro Episcopali, nu. 7.
Causarum expeditionem calumnijs impediētes, malitiāque in iisdem
adhibentes, à quo, & qualiter coercendi, puniēdi que. Ibid. nu. 6.
- 3 **Procurator,**
Aduocatus uē } ne causam præbeat calumnijs.
Fiscalis
- 4 **Neque ipse calumniosam causam suscipiat.**
- 5 **Evigilet nè collateralis, & satellites quicquam extorqueant.**
- 6 **Testes pro informatione Curie solus excipere potest: quæque alia**
agere liceat.
- 7 **Renunciationum de rebus legatis indicem habeat.**
- 8 **Procurator ab Episcopo constituendus, qui pupillorum, viduarum,**
miserabiliumque personarum patrociniū suscipiat: quod ut etiam
à Magistratibus fiat, Concilium primum hortatur.
- 9 **Alius item, & qualis, qui piarum voluntatum executioni, bonorum-**
que Ecclesiasticorum defensionī incumbat.
- 10 **Quo in munere is quid præstet.**



I Auidici, Aduocati, Fiscales, ad causas in foro Epi-
scopi nè adhibeantur, prius quam iureiurando
Episcopo se obstrinxerint; se nullam causam su-
scepturos, quam à iustitia, & æquitate alienam
existimauerint.

Hortamur etiam Principes, & Magistratus, ut
idem in laicorum causis seruandum curent.

2 **Procurator, qui causam iniquam in foro Ecclesiastico sciens de-**
fenderit: quiue quicquam negauerit, quod verum scierit, fori Ecclesia-
stici auditorio, adituve interdicitur, nisi is legitime se purgarit. **Qui**
præterea in publico concubinaru, aut adulterio viuunt, alijsque publice
criminosi, à foro Episcopali ita arceantur; ut nec Notarij, nec Pro-
curatoris, nec Aduocati officium, nè in vno quidem causarum ge-
nere, gerant. Inferiores quoque, &c. Vide infra, Tit. de Inferiori-

1. De Causi-
dicis, Aduo-
catis, & Fisca-
libus.

3. De ijs, que
ad Epale for-
pert.

bus fori Episcopalis ministris, &c. nume. 5.

5. De Procuro-
ratore Fisci
Episcop.

3. Eam curam, atq; ad eò cogitationem Procurator, Advocatusve fisci Episcopalis suscipiat, ut sibi putet procurationis munus commissum esse in inquirenda veritate criminis, de quo agitur; id eò ne eo unquam abutatur ad innocentes opprimendos, neve item causam, aut occasionem præbeat, ut calumnijs quis vexetur, atque exagitetur.

4. Ne ullam criminis causam suscipiat, procuretve, quam calumniosam esse noverit: sed cum, vel de calumnia, vel rei delati innocentia, constiterit, statim ab ea causa desistat.

5. Euigilet item unà cum Vicario, ac sine eo etiam, ut Collateralis, & Satellites, ne quicquam, uel minimum, extorqueant.

6. Testes pro informatione Curie, & Sancti officij Inquisitionis ipse per se, etiam Vicario non præsentate, aut de illius tamen mandato excipiat licet. ijs præterea quæ de testibus, etiam ad defensionem causæ adhibitis, instituentur, quæstionibus adesse possit: nec uetium sit, quin & iudici quæstiones, interrogatae quæ ad causam pertinent, in mentem reuocet, atque ad eò suggerat: & testes etiam ipsos, si modo iudici placuerit, interroget: imò uerò reos item, at ipso tamen iudice præsentate.

7. Denunciationum quoque quæ de rebus piè legatis, relictiuè in dies singulos fient, indicem à Cancellario apud se habeat.

3. Ibidem.

8. Pupillorum, Viduarum, & egentium hominum cura Episcopo, communi omnium parenti sacrosanctis Canonum legibus potissimum commendata, & commissa, negligi non debet; ne si lædantur, vociferentur ad Dominum, qui exaudiet clamorem eorum. Quamobrem pro sui muneris officio Episcopus aliquem constituat Ecclesiasticum vel alium pium hominem, Christianæ charitatis operibus, atque officijs deditum, qui misericordiæ viscera indutus, id generis hominum patrociniū in omni causâ suscipiat. Quod si aliqui iam huic pio operi præfecti sint, id agat Episcopus, ut ij munus sibi creditum exequantur quàm diligentissimè.

1. De Carceris
custodib.
& reis.

Designent uerò Episcopi aliquos, qui miserabilium personarum causas gratis defendant.

Magnopere autem hortamur laicos Magistratus, ut eiusmodi in eadem ratione utantur.

5. de Ep̄o ep.
Iur. & for.

9. Piarum voluntatum executio, bonorumque Ecclesiasticorum defensio omnis, iure Canonum, Ecclesiasticisque constitutionibus, Episcopi curæ, fideique commissa est. Quamobrem is vel Cathedralis Ecclesiæ Canonicum, vel alium Ecclesiasticum hominem arbitrato suo constituat, qui idoneus earum piarum causarum patrociniū suscipiat, atque agat.

10. In eam curam delectus ab Episcopo protector incumbat studio diligenti.

diligenti, vt & voluntatibus pijs satisfiat, & bona Ecclesię recuperentur, & locis, operibusuē pijs fraus nulla, vel minima, quò ad eius fieri potest, adhibeatur.

Præcipuè autem in eo vigilet, vt piarum causarum aduocati & procuratores nè officio vnquam desint, quod earum procuratio, ac defensio, ipsis commissa, deponcit.

Singulis hebdomadis, semel ad minimum, & procuratorem Fisci Episcopalis, & illos conuocet quibuscum deliberationem rationemq; omnem, vt diligentissimè potest, ineat; tùm de pijs legatis exequendis, tùm de Ecclesię bonis recuperandis, atque tuendis.

Quę vel ab ipsis aduocatis, procuratoribusve, vel ab alijs, quorum interest, in dies singulos, prout vsu venit, exponi solent, ea studiosè, attenteque audiat: si quę verò cognouerit in eo statu versari, vt necesse habeant aliquo officio adiuuati, aut tandem ad exitum perducì, is omni studio, etiam pro officij sibi commissi munere, videat, ac procuret opportuna, ad rem adiuuandam, conficiendamve remedia.

Quamobrem, & Vicarium generalem, & aliquando Episcopum, & iudices alios, quibus cum agendum est, toties adeat, quoties adiumento opus erit ad causam.

De Cancellario, & Notarijs, ac Scribis Cancellarię Episcopalis: deque Cancellaria ipsa, Secretarioque Episcopi.

S V M M A R I V M.

- 1 Cancellarij Episcopalis, & substitutorij, Scribarumq; 21. qualitates.
- 2 Cancellarię Episcopalis officium, ab ipso Cancellario exercendum.
- 3 Et quando alios sibi in adiutorium adhibere liceat.
- 4 Notariorum Collegium instituendum.
- 5 Statuta ab ipso Collegio conficienda; officialesque deligendi.
- 6 Formule Curie testimonium à Notarijs quò postulantibus dandum.
- 7 Admittendi in Collegium, examine prius probandi.
- 8 Qui non admittendi.
- 9 Probati, iusiurandum præsent.
- 10 Iusiurandi, à Notarijs præstandi, formula.
- 11 Notarij, quacumque auctoritate, etiam Regia, & Imperiali, creati, ab Episcopo examinandi.
- 12 Idonei non inuenti, ad officium exercere in spiritualibus prohibendi.
- 13 Notarij originales processus iudicibus non deserant, sed exempla. 24.
- 14 Processibus scribendis quę obseruent, quęque vitent.

Qua

- 14 *Qua carta; quibusque caracteribus utantur.
Acta omnia in Codicem referant: tūm criminales processus. De foro
Episc. nu. 10.*
- 15 *Mercedem pro scriptione, editioneque scripturarum in causis quibus-
cumque certum in librum referant.
Codices, & scripta omnia à Cancellario, & Notarijs confecta in Ar-
chiuium reponenda. De Archiuio Episc. nu. 4.
Instrumenta in Archiuum delata, à Notario rogato exscribi liceat.
Ibidem. nu. 5.
Cancellario, Notarioque defuncto, vcl amoto, scripta, instrumenta,
& acta in Archiuum deferenda. Ibidem. nu. 6.
Notarius scripturarum rogatus in Archiuum delatarum, vbi ille
edende sint, ipse edat: sique abest, obijtue, quis edat. Ibid. nu. 7.
Notarius cause, testium depositions scribat. De foro Episcopali,
nume. 11.
Cancellarius adhibendus, vbi decretum Episcopi sit interponendum.
Ibid. nu. 12.*
- 16 *Notario deficiente, qui alij adhibendi in illius locum: quidque ca-
pian.*
- 17 *Notarijque } originalia acta nusquam exhibeant, nisi in plures.*
- 18 *Neque scriptura alicuius exemplum edant sine Vicarij concessu.
Actis etiam edendis delegatae executiones litterarum Apostolica-
rum in forma dignum, quid seruent. Quae ad benef. collat. attinent.
num. c. 38.*
- 19 *Notarijs duorum aureorum merces praescripta in conficiendis collati
beneficij litteris, ex decreto Concilij primi, altero Concilij quarti de-
creto subtrahitur meia, & ibidem, nu. 33.*
- 20 *Quae in scribendis litteris dimisorijs testimonialibusque ordinum su-
sciptorum, merces limitata.
Pro examine testium in executione dispensationum matrimonialium
quantam partem aurei capiant. De Sacramento Matrim. 57.*
- 21 *Cancellarius, } nullum donum, nè esculentum, poculentum nè ca-
Notarij } piam: neque patrociniū in foro Episcopali su-
Scribe } scipiant, & expeditiones prosequantur. 22.*
- 23 *Secretarius Epi.*
- 24 *Cancellario, } que gratis expedienda, etiam quò ad scriptiōnem
Notarijs, alijsq; } attinet.*
- 25 *Cancellarijs, } delinquentibus pœna proposita.
Notarijsque }*
- 26 *De Notarijs sancita ad Cancellarios, & scribas extenduntur.*

- 27 Cancellarijs Episcoporum assignatae pensiones tolluntur.
- 28 Cancellarij Episcopales vendi, locari, earumque nomine quicquam persolui uerum est: & quibus praecipue. 29.
Dantes, accipientesque ut puniuntur. 28. 29.
Cancellarius librum conficiat, in quo ij describatur, qui fidei professionem emiserunt. De profess. fid. nu. 4.
Quae seruet, in conficiendis litteris facultatis praedicandi. De Concionat. 49.
Quae in litteris dimissorijs studiorum causa. De Residentia. 13. 14.
& pro suscipiendis ordinibus. Quae ad ordinis sacram. pert. 19.
Quae in facultate celebrationis Missarum. De Missis sine cantu. 8.
Quae in peregrinationis litteris. De Religios. pereg. 3.
Librum habeat in quo relationes promulgaticum referat Apostolicarum Constitutionum. De Iurisd. Episc. 7.
- 30 Examinijs eorum causa, quibus beneficia conferuntur, & eorum qui ad Concionandi, vel Confessionis audiendae munus admittantur, quos libros habeat quidque in eis notet.
Acta Sessionum Synodalium scribit, decretaque Synodi legit, ubi Canonicus sit. De Synodo Dioces. nu. 16.
Testificationes eorum, qui ordines suscipiunt, in certum librum relationis aseruat. Quae ad ordinis sacram. nu. 61.
Litterasque publicas facit testimoniales ordinis suscepti, de his attestans. Ibid. nu. 62.
- 31 Excommunicatos, sibi à Parocho delatos, in tabellam refert.
- 32 Tabellam ipsam ubi collocet.
- 33 Suspensos, exilioque mulctatos Clericos, in eadem Tabellam scribit: ijque cum absoluuntur, qua poena affiendi.
Indicem legatorum Aduocato Fiscali defert. De Causidicis. nu. 7.
Librum habeat, in quo descripti sint dies festi, qui in unaquaque Parochia coluntur. De fest. dierum cultu. 38.
Isque liber qua ratione confectus sit. Ibid. 39.
Visitationis decretis subscribit; quaeque alia faciat. De Visitat. 55.
Reliqua quae conuenire aliqua ratione possunt officio Cancellarij, Notariorumque, & aliorum, uideantur in Tit. de foro Episcopali.

Quibus

2. Tit. 3. dec.
12.

1. De Nota-
rijs, & Scri-
bis.



Vibus Cancellariæ Episcopalis munus commis-
sum est, ipsimet in ea officij exercitatione ver-
sentur; si negotiorum tamen multitudo postu-
lat, alios, Episcopi iudicio comprobatos, sibi in
auxilium adhibere liceat.

Singuli Collegium notariorum Curie Episco-
palis primo quoque tempore instituendum cu-
rent; quod certum numerum, pro suæ Diocesis conditione contineat.

4 Collegium statuta, Episcopo probanda, conficiat: officiales deli-
gat, qui iudicent de eorum inter ipsos controuersijs, quæ ad eorundem
officium pertineant. In causas autem, quæ inter notarios, & litigatores
extiterint, se omninò non interponant, sed eas Episcopi iudicio relin-
quant. In alijs verò causis, si cuiquam cum eis in iudicio agere contin-
gat, eorum iura, priuilegiaque seruentur.

5 Postulantibus testimonium formulæ Curie, quam stylum vocant,
de aliqua causa, nec deur, datum vim habeat; nisi ei maior Collegij
pars subscripserit, cuius etiam formulæ exemplum ab Episcopo ap-
probatum, & subscriptum, publicè in Collegio afferretur.

6 Qui in Collegium notariorum adscribi voluerint, eos Episcopus
diligenter examine probet: tantum idoneos recipiat.

7 Excommunicatos, infames, & omnes, qui à testimonio dicendo
iure repellantur, rejiciat.

Eos, qui vigesimum quintum annum non attigerint; quique per
quadriennium in Notariatus officio integrè, peritèque non sint ver-
sati, non admittat.

8 Probatos priùs non recipiat, quàm iurarint Episcopo ea iusiuran-
di formulæ, quæ infrascripta est quam etiam ab ijs, qui in notariorum
Collegium adscripti iam sunt, ad duos mentes præstari iubemus.

9 Ego N. notarius à Reuerendiss. D. N. Episcopo, vel D. N. eius
Vicario delectus, nihil vel dedi, vel pollicitus sum gratia huius officij
obtinendi.

Commissum mihi munus diligenter, ac fideliter exercebo.

A litigatoribus, quorum fuero notarius, vel à quocumque alio eo-
rum nomine, quauis de causa, nihil, nè spontè quidem datum, acci-
piam; præter id, quod Episcopi taxatione præfinitum fuerit.

Nihil agam; neque me, aut quemquam alium interponam, quo
mihi vlla causa scribenda committatur.

Non ero promotor, vel procurator in causis, quæ agentur coram
Reuerendiss. D. Episcopo, seu eius R. D. Vicario generali, vel aliquo
ab eis constituto, seu eorum ministro.

In causis verò in quibus sum, vel fuero notarius, omnes actus iudi-
ciales

ciales substantialiter in manuali, seu memoriali eorum Reuerendiss. D. Episcopo, seu eius Vicarijs, aut alio ab eis præposito, & etiam coram ipsius litigatoribus si expectare voluerint, conscribam.

Conscriptos eos, & instrumenta, & omnia alia, & singula in causis producta, scum Reuerendissimus D. Episcopus, vel alij supradicti seu litigatores, vel eorum aliquis, petierint, in regestum fideliter quam celerimè referam, vel referenda curabo.

Litigatores postulati, vel alicuius eorum, in singulis terminis successiue litigatoribus ipsis copiam dabo, cum per Reuerendissimum D. Episcopum, seu alios supradictos decreta fuerint, sine recusatione, & fraude, contentus mercede Episcopi taxatione præfinita.

Secreta eiusdem officij, & causarum nemini patefaciam, præsertim attestaciones testium, & consilia assessorum; attestacionesque & sententias, donec publicata, per lata, & sententiata, & per Reuerendissimum D. Episcopum, seu alios supradictos subscripta fuerint.

Constitutionibus, & mandatis Reuerendissimi Domini Episcopi obtemperabo.

Instituta quoque officij, & officialium Collegij honesta iussa seruabo.

Nec ullo unquam tempore contra faciam: & omnia, & singula supra scripta, omni dolo, & fraude omnino remotis, inuiolatè præstabo: & non promitto, & iuro; sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euægelia.

10 Vt ne ex Notariorum imperitia detrimenta, & litium occasiones erisiant, quod de ijs ipsis etiam Apostolica, Imperiali, aut Regia auctoritate creatis, Tridentina Sanctione decretum est, id Episcopi studiosè exequantur, ut eorum peritiam, vsuque etiam examinatione adhibita, perquirant.

11 Quicumque verò Notarij, ea per examen disquisitione facta, probati non sint, officij sui in negotijs, litibus, causisque Ecclesiasticis, & Spiritualibus exercitatione, atque vsu per illos, vel perpetuò, vel ad tempus prohibeantur, ad eiusdem Concilij præscriptum.

12 Nullus Notarius iudicibus, ordinarijs, delegatis, arbitris, nec arbitratoribus originales processus deferat; sed eorum tantum exempla, & regesta fideliter collata; nisi alicuius inopia aliud aliquando Episcopo suaderet.

13 In huiusmodi exemplis, seu regestis nihil superuacaneum scribant.

Quare nec dies festos, ad substantiam rei non necessarios, apponant. Nec productarum citationum repetitiones cum inhibitione, vel sine ea, sed illarum executionem tantum, his, vel similibus verbis adscribant. Eo die, &c. repudiata fuit citatio, de qua supra, quæ fuit executæ, vt supra.

Nec

4. De foro Episc.

Sess. 22. c. 10.

1. De Notarijs, & Scribis.

¶ Nec dignitates iudicum, vel litigatorum repetant; sed ponant tantum his, vel huiusmodi verbis. Reuerendissimus Episcopus N. Index N. Actor N. Reus.

14 Nec in carta bibula scribant, nec ea littera, quæ legi facile non possit; sin minus, malè scripta, Episcopus notarij impensa scribi melius iubeat; vel ab ijs, qui regestum petierunt, dimidiam tantum partem taxæ, vel maiorem, vel minorem, si ei videbitur, solui iubeat.

4. Ibidem.

15 Mercedem præterea, quam ex vniuscuiusque causæ, uel ciuilib, uel criminalis scriptione, actione uè, & processu acceperint, cum in libro certo exscribant ijs ipsis certis diebus singulis, quibus eam mercedem, aut partem acceperint, & mense, annoque notatis, tum in ipsi causæ, processusque acti, conscriptique sine adscribant item.

3. De ijs quæ ad Episc. for. pert.

16 Vicarius foraneus, atque alij quibus Episcopus, processum aliquem aliundè, seruata iuris formula, cognoscendum, agendumque mandauerit, si in processu conficiendo, Notarium non habent, quem adhibeant, duos sibi morum, uitæque integritate homines, qui acta conscribant, ad præscriptam iuris formam asciscant, ijsque mercedis taxa maior ea ne sit, quæ Notarijs fori præscripta est; sed aut æqualis, aut minor, pro illius loci ratione.

5. De Cancellario, & Notarijs.

17 Cancellarius, & Notarij causarum tam ciuiliū, quàm criminalium acta, gesta, tabulas, instrumenta uè, & processus originales, ne ullo nomine, ne inspiciendi quidem tantum causa usquam exhibeant, nisi in proprio pluteo, aut Cancellariæ, Archiuuè loco, idq; sine ulla mercede. Illa uerò inde aliò asportari ne liceat, etiam de eorum, quorum interest, consensu: etiam si cui certo homini transferenda rectè, ac iusto committi possint, præterquam iudici causæ ostendenda. Qui fecerit, cum ab Episcopo plectatur graui pœna, tum damnum restituat etiam, si quid quisquam eo nomine fecerit.

18 Ea cautio Cancellario, & Notarijs adhibenda est, ne cuiquam aliquis causæ actorum attestationum, sententiæ, ulliusque scriptionis exemplum edant, facultate scripta editionis à Vicario non data. Qui in eo genere deliquerit, officij amissione mulctetur, aliaque pœna puniatur, pro Episcopi arbitrio.

1. Quæ pert. ad coll. benef.

19 Notarijs, scriptoribus, alijsque Episcopi ministris, pro omnium opera, sumptu, ac labore, in conficiendis litteris, quibus beneficij collatio, confirmatio, institutio, promissio continetur, nō plus duobus aureis ad summum persoluatur. Moderatio huius decreti uidenda in Tit. Quæ ad benef. &c. nu. 33.

1. De Cancell. & Not. Sess. 21. ca. 1. de refor.

20 Notarij in litteris dimissorijs, seu testimonialibus, sacri Concilij Tridentini decretum seruent: in alijs, quæ merè spirituales sunt, etiam si nullum stipendium eis constitutum sit, nihil omnino accipiant; præter

præter scripturæ mercedem, ab ordinario statuendam.
 Pro singulis litteris dimissorijs, quæ pro suscipiendis pluribus, omnibusuè minoribus, vel etiam maioribus ordinibus concedentur; itemque pro singulis litteris, quibus Notarius testatum faciat plures, omnesuè ordines alicui collatos esse, decimam partem aurei numi tantum ad summum à Cancellario accipi liceat &c. Reliqua uide Tit. Quæ ad ordinis sacramentum &c. nu. 100.

21 Quod in Concilio Prouinciali tertio Episcoporum Vicarijs uentum est, ut ne esculenta quidem, poculentauè ab litigantibus, alijsuè, apud se causas agentibus; dono accipiant: idem Cancellario, & notarijs interdictum sit, ab illis saltem accipere, in quorum causis acta conscribunt, notarijue partes agunt.

Maximè interest, non modo eum, qui officium tanti ponderis tamque ualde cum Episcopali cura coniunctum, gerit, quale est Cancellarij Episcopalis munus; sed illos etiam, qui uel substituti nomine, operam simul in eo ipso munere ponunt, uel in Cancellarij scriptorum numero censentur, cum ab omni alio negotio expeditos esse, quò attentiores sint ad operam curamque susceptam, tum maximè uacuos, ac planè liberos, ab omni, uel minima suspitione cupiditatis, prauæque affectionis, nè dum corruptele. Quare, præter ea, quæ olim hoc de genere à nobis constituta sunt, hoc decreto etiam uetamus, atque interdiciamus, ne eorum quispiam ab ulla cuiusuis loci, ordinis uè uniuersitate, collegio, homineque ullo nè Diœcesis quidem aliene, qui in foro Episcopali causas, lites, & negotia, cuiuscumque generis sint, duobus ante annis habuit, aut iam nunc habet, aliquod uel minimum donum, munus uè etiam spontè oblatum, ac nè rem quidem esculentam, quæ statim consumi possit, accipere directè, aut indirectè, ullo uero modo possit.

22 Nè præterea in eo foro Ecclesiastico, uel in alio, lites, causas, negotia uè cuiusquam suscipiat, neque agat: nec uerò dispensationes, neque alias eius generis actiones, expeditiones uè persequatur, procuret uè; nisi officij, quod gerunt, ratio aliter, deposcit, aut Episcopus iussit. Qui contra fecerit, à muneris exercitatione suspendatur, atque eo etiam mulctetur, alijsque pœnis plectatur, arbitratu Episcopi.

23 Nè Episcopus, quicumque, uel spontè oblatum, nè exiguum quidem à secretario scribis uè dono accipi, aut capi ullo nomine patiatur, nè occasione quidem litterarum, etiam quas pro officij munere etiam priuatim, aliquando scribunt.

24 Præter alia, quæ hoc de genere olim, & nunc sancita sunt generatim, uel sigillatim, hoc decreto statuimus, quæ infra ordine sigillatim, quasi in tabella, notantur, ea ipsa singula, tum instrumenta, tum litteras, scriptauè

3. De ijs quæ ad Episc. for. pert.

4. Ibidem.

5. De Cæcel. & Not.

5. De Cæcel. & Not.

Scripta uè à Cancellario gratis, & scribi, & confici, & edi. Id uero omne, ut præstetur, Episcopus omnino efficiat, ac de negligentia, aliaue culpa in Concilio Prouinciali rationem reddat.

*7. Que Gra-
tis in Cācel-
laria confi-
giunt, &c.*

Acta Visitationis, eorumque exempla, quæ ijs eduntur, qui uisitando ad præscriptum decreti, hoc Concilio editi.

Facultates, quarum auctoritate Vicarij, ministrique Episcopales discernuntur.

Litteræ testimoniales, dimissoriauè de suscipiendis ordinibus.

Facultates pontificalia exercendi, quæ Episcopo, alijue aliquando conceduntur.

Attestatiores, quibus testatum fit, aliquem idoneum esse, cui beneficium conferatur, quiuè ad illud instituat, siue ea collatio institutione Romæ facienda sit, siue ab inferiore collatore, siue ab Episcopo.

Rogitus cessionis beneficij liberè coram Ordinario.

Processus, & de natalibus, & ætate, alijsuè conditionibus eorum qui iniciandi sunt, aut recipiendi in seminarium.

Instrumentum iusiurandi, quod ab ijs præstandum est, qui beneficia obtinent.

Instrumentum, ac testimonium professionis fidei, quæ à quouis præstanda sit.

Instrumentum fideiussionis eorum, qui in seminarium recipiunt.

Mandatum de aliquo recipiendò in Seminarium.

Facultas, & probationum omnium, & pertinentium, ad receptionem nouitiae, vel ad professionem præstandam.

Confirmatio Abbatissæ, seu Priorissæ.

Facultates quæcumque monialibus earumue Monasterijs conceduntur.

Facultas ingrediendi Monasteria.

Facultas accedendi ad monialium loca, Collocationibus præfinita.

Facultas erectionis, institutionisue confratriæ, scholæue.

Confirmatio regularum alicuius scholæ, confratriæue.

Scriptum, quo scilicet certæ Ecclesiæ, scholæue quis adscribitur.

Aprobatio ludimagistri.

Litteræ dimissoria, testimonialesue.

Facultas absentiae causa studij.

Facultas eleemosynam colligendi.

Facultas faciendi sepulchrum.

Facultas absoluendi à casibus reseruatis.

Facultas celebrandi ubique vel certo loco.

Facultas prædicandi.

Facultas audiendi confessiones.

Litteræ indulgentiarum, vel earum summæ.

Testimonium consecrationis, reconciliationis Ecclesiæ Cœmitem, Altarium, & Campanarum.

Constitutio coadiutoris.

Reductio Missarum, & de commutatione piarum operatum.

Facultas abeundi extrâ fines Diœcesis, vel peregrinandi.

Litteræ, quæ pro officij munere, quavis de causa ad Parochos, Vicarios foraneos, aliosue scribuntur.

Executio litterarum gratiosarum protonotariatus, & equitum: harum tamen litterarum causa scripturæ merces capiatur, & si quid præterea Episcopus concesserit.

Processus, & acta omnia, quæ conficiuntur ad miraculorum veritatem perquirendam.

Idem de ijs, quæ conscribuntur ad sacrarum reliquiarum veritatem indagandam.

Facultas asportandi cadaver de loco ad locum.

Exempla, editionesue decretorum, ordinationum, statutorum, præceptorumue, quæ Episcopus, aut eius Vicarius ex officio confecerit, servarique mandarit.

Constitutio Vicarij in quavis Ecclesia ad tempus.

Dispensationes, & processus de defectu natalium, irregularitate, vitio, aut defectu corporis, etiam auctoritate ordinaria.

Instrumenta, & scripta quæcumque pro mensa Episcopali; & Capitulo conficiuntur: quæ item Seminarij causa fiunt; ita tamen, ut hoc decreto, solutionis immunitate, Capitulum, & Seminarium dumtaxat fruantur: Clerici vero, alijue, ad quorum causam, commodumue illa scripta, instrumentaue intersunt, quæ earum exempla sibi edi petunt, a solutione immunes nè sint.

Litteræ, & expeditiones quæcumque conficiuntur nomine rerum merè spiritualium.

Expeditiones quæcumque pro pauperibus, vel miserabilibus hominibus, de quorū egestate, aut necessitate Episcopi, aut Vicarij iudicio cõstet.

Litteræ præterea, & expeditiones omnes aliæ, quas gratis dandas Episcopus censuerit.

Dispensationes, & facultates, quæcumque ex decretis, vel Provincialibus, vel Diœcesanis, aut eorum occasione dantur.

25 Qui notarij contra hæc decreta peccarint, vel alioqui in officio suo deliquerint, eos Episcopi ab officij usu submoueat ad tempus, vel etiam in perpetuum; si id delicti gravitas postularit; & alijs peccatis suo arbitratu coerceant.

1. De Notarijs, & Scribis.

V u Quæ

26 Quæcumque de notarijs sancita sunt, ijs etiam scribas, & Cancellarios teneri volumus.

27 Pensiones, in Cancellarijs Episcoporum assignatas, vel, quæ cuiuscumque soluantur, irritas, & nullas decernimus; nisi quæ iure tolli non possint.

28 Cancellarias verò deinceps uendi, locari, uel earum nomine, uel occasione, quouis pretextu cuiusuis personæ, quidquā solui prohibemus.

Notarij, & si qui præterea in hoc deliquerint, plectantur amissione officij; & alijs præterea pœnis Episcopi arbitrarij.

7. Quæ gratis in Cancellaria cōficiē. &c.

29 De emolumentis Cancellariæ Episcopalis, quam Concilio Prou. primo uendi, locari, earum uel nomine quicquā persolui, uetitum est, nihil prorsus utilitatis priuatæ ad Episcopum, eius uel mensam, aut Vicarium, neque ad alios, præterquam ad Cancellariam, Cancellarium uel, ceterosque eiusdem Cancellariæ ministros, perueniat. Qui aliquid etiam à sponte dantibus perceperit; tū in conscientie foro ne suum faciat; sed pauperibus loci, erogare omnino debet; tū quadruplo mulctetur, quod uel in Ecclesiæ instaurationem, uel in Sacrificij usum erogetur.

7. De Examinatione.

30 In omni hac examinandi ratione Cancellarius pro sui officij munere hæc præstet.

Certum librum habeat prouisionum Ecclesiarum Parochialium, aliorumque beneficiorum, quæ examine adhibito, etiam ex literis Apostolicis, conferenda sunt.

Quo in libro rectè, atque ordinè ab eo notentur hæc.

Acta examinis, quæ in singulos dies, prout examinandi occasio tulerit, fiunt.

Dies uacationis certi beneficij, & modus item uacationis, aliaque id generis.

Dies etiam promulgationis, aut prorogationis edicti, quod de concursu proponi solet; cum beneficij uacationis ratio id postulet, & reliqua etiam, quæ ad promulgationem pertinent.

Nomina quoque examinatorum, quos Episcopus certi illius beneficij uacantis nomine ad examen conficiendum nominatum delegerit.

Nomina etiam eorum, qui eo nomine examinandi proponuntur.

Dies præterea, quo quisque examen subijt.

Nomina etiam examinatorum, qui interfuerint.

Approbatio, aut reiectio, quam eorum iudicio singuli tulerint.

Nomen item, & cognomen eius, quem Episcopus, tamquam aptiorem, magisque idoneum delegerit, cui beneficium ab eo conferatur, ad quem spectat.

Cui libro alia præterea ascribat, quæ Episcopus censuerit.

Librum

Librum alterum conficiat, in quo omnes, & singulos, quos vel con-
cionandi, uel confessionis audienda, uel sacrae lectionis interpretanda
causa Episcopus adhibito examine, uel probat, uel improbat.

In hoc ipso libro notet etiam, & nomina Examinatorum, & die quo
examen confecerint, & causas item repulsae, si quam aliquis tulerit.

Idipsum de certo die, examine, probatione, aut reiectione eorum ser-
uet, quorum experimentum sacrae ordinationis causa fit.

Tertium librum habeat, in quem examina referat, quae generatim
instituantur, atque adeo conficiuntur ad Cleri progressionem in litte-
rarum studijs inuestigandam, atque explorandam.

31 Parochus cum aliquos, uel excommunicatos, uel interdictos pro-
nunciarit, eorum nomina, cognomina, & diem, quo excommunicati inter-
dictiue sunt, quam primum ad fori Episcopalis Cancellarium deferat.

5. De Episcopo.
Epali Iur.
& foro.

Hic uero in tabella, eo potissimum nomine confecta, recte ex scri-
bat, quae a Parocho acceperit.

32 Ei praeterea tabellae, quam in Cancellaria diligenter certo loco
asseruet, addat, detrahat, quicquid in dies singulos addi, detrahi, muta-
riue acciderit.

33 Item de Clericis, qui uel suspensionis censura affecti, uel exilio
multati sunt, accuratè etiam seruet Cancellarius, notato tempore, quo
in ea suspensionis censura, aut in exilio permanere decretum est.

Quò diutius in excommunicationis, interdictiue censura aliquis per-
manerit; cum absoluitur, eò grauiori poenitentia afficiatur.

Conc. Trid.
Sess. 25. ca. 3.
de reform.

De Legibus & Taxa Iudicibus quibuscumque, Notariis,
Scribis, aliisque inferioribus ministris praescri-
ptis, ac praescribendis.

S V M M A R I V M.

- 1 Taxa Notarij, & Scribis, iudicijque & causis ab Episcopo praescri-
benda. 2.
- 2 Iudicibus item, & Aduocatis, Procuratoribus, & alijs certa statuen-
dae leges.
- 3 Eae leges, taxaeque in Cancellaria Epali publice semper propositae.
Executoribus, carceris custodibus, ministrisque alijs, taxa etiam praescri-
benda. De Inferioribus fori Episc. Ministris, nu. 1.
- 4 Taxa ipsa, ubi adhuc praescripta non sit, infra quod tempus praescri-
benda, & à quo comprobanda.
- 5 Taxa à Metropolitano confecta, & à sanctiss. Gregorio Papa XIII.
confirmata, à quibus seruanda.

6. *Contra facientes, vt puniuntur.**Constitutio Pontificia confirmatoria Taxæ à Metropolitano Mediolanensi confecta. De Constit. nu. 40.*

1. De Notarijs, & Scribis.



Episcopi intra sex menses omnibus Notarijs, & Scribis sui fori, tam Ciuitatis, quam Diocesis communem taxam præfiant, quam pro opere, & officij sui mercede ab vnoquoque in singulis causarum generibus pro loci, & cuiuscumque rei, ac personæ conditione exigi liceat, qui non obtēperarit; in eū uehementer animaduertant.

3. De ijs quæ ad Episc. for. pert.

2. Episcopus anni spacio ad summum, fori sui iudicijs, causis & iudicibus, Aduocatis, Procuratoribus, Notarijs, & Ministris quibuscumque, etiam infimis, quibus in rebus opus fuerit, certas constituat leges, ad vrbes, Diocesisque suæ vsum accommodatas.

Illisque omnibus certam etiam taxam præscribat, quam pro sui, vel operis, vel officij, vel laboris mercede, proque causarum, & iudiciorum ratione exigi ab vnoquoque liceat.

7. De Cancellar. & Notar.

3. Quæ fori præscriptæ leges, atque taxæ, in Cancellaria publicè depositæ semper sint, vt notæ sint, & peruulgatæ omnibus.

4. De certataxe ratione, forensibus tribunalis Ecclesiastici actionibus præscribenda, in Concilio etiam Prouinciali tertio cauiimus: sed quoniam nondum quicquam præstitum est, quod omnibus partibus perfectum sit; sex mensium spacium post Synodi huius Prouincialis editionem præstituimus, quo tempore singuli Episcopi prouincie causis, negotijs, rebus & actionibus singulis fori sui, certas taxæ rationes, quæ Metropolitano probentur, quam rectissime præstituant; vt nulla auaritiæ, cupiditatisue suspicio inde existat.

Si qui non fecerint Metropolitani ipsius cura sit, intra annum totum id præstare.

5. Quæ ad for. pert.

5. Constitutio decretorum, & Taxarum à Metropolitano confecta & Apostolicis litteris sanctissimi P. N. Gregorij Papæ XIII. confirmata, & renouata, quæ per iudices Synodales & Conseruatores Regularium, exemptorumue quorumcumque, & per Ordinarios etiã in causis delegatis, ac per eorum omnium, & singulorum Notarios seruanda, atque ad executionis vsum inducenda est, ab vniuersis, & eorum vnoquoque cuius interest, seruetur diligenter, inuiolateque, itã tamen, vt si quibus in rebus, causis, negotijsve, aliquo statuto, aut consuetudine laudabili, nihil, vel minus, quam ea taxa præscribitur, per iudices à Synodo deputatos, ac Regularium, exemptorumve quorumcumque Conseruatores exigi deberet, consuetudo illa, statutumve omninò retineatur.

ur, serueturque ad eiusdem Constitutionis praescriptum.

Quam item Constitutionem, seu taxam Iudicibus Synodalibus, & Conferuatoribus praescriptam, seruet etiam Ordinarius: nisi quibus in rebus consuetudine, decretis, vel Constitutionibus, taxisue Episcopali- bus, taxa minor ei seruanda proposita esset, quam omnino seruet.

6 Si Vicarius, iudexue ordinarius in causis ordinarijs, vel delegatis, aut Conferuator Regularium, & exemptorum quorumcumque suis in causis; aut iudex in Synodo deputatus pro causis commissarij, eorum- ue Notarij, aut ministri, quicumque contra praescriptum sanctionis il- lius Pontificiae quicquam commiserit, deliqueritue, cum eo, quicum- que sit ad praescriptum eiusdem Constitutionis agatur.

Aliqua alia specialia de Taxa, vide in Tit. de Cancell. & Not.

De Praefecto Reformationis Tribunalis & Taxarum.

S Y M M A R I V M.

- 1 Ecclesiasticus vir ab Episcopo quotannis deputandus, qui Tribuna- lis, & Taxae legibus exequendis praesit.
- 2 Praefectus is, quae ipso in officio gerendo, praeslet.



Piscopus singulis annis, aut secundo quoque an- no Ecclesiasticum virum decernat, qui certis il- lis legibus exequendis praesit; tum Prouinciali- bus, tum Episcopalibus, quae ad rectum fori Ec- clesiastici vsum, rectamque forensem causarum normam, tum ad certam taxae rationem, omnem que denique iudiciorum conformandam disci-

5. De Pre-
fecto Refor-
trib. & Ta-
xar.

plinam pertinent.
2 Is, quicumque de omni eo genere sancita sunt, omni cautione vi- deat, ut ab ijs, quorum interest, plane seruentur, & in morem, quam dili- gentissime fieri potest, inducantur.

Causarum acta, & Codices item, in quos solutiones sigillatim relatae sunt, de improviso inspectet, quod facilius comperiat, si quid culpa in taxae praescriptae ratione contrahatur.

Si vero praerogativa cupiditate Cancellarius, Notariusue plus pecu-

nia, quā præfinita taxæ ratio postulat, eiusque tabella ostendit, ab vilo vniquā exegerit, id totum eidem restitui iubeat. Et verò qui in eo genere deliquerint pœnis etiam illos affici ab Episcopo, Vicariò procurer. Ad Episcopum præterea illorum nomina deferat, quos in illis excquendis, quæ sibi præscripta sunt, muneri suo deesse aliquo modo animaduertit.

De inferioribus fori Episcopalis Ministris, carceris Custodibus, & Reis.

S V M M A R I V M.

- 1 Carceris custodibus taxa præscribenda.
- 2 Carceri inclusi res, vbi seruanda, & quibus restituenda.
- 3 Carcerati singula hebdomada visitandi: & quid propterea curandum.
- 4 Deputandi qui miserabilium personarum patrocinium suscipiant.
- 5 Inferiores fori Episcopalis ministri quales sint; & à quibus abstinant.

1. De Carceris Custodib. & Re. s.



Rescribant Episcopi taxam executoribus, vel ministris, & carceris custodibus, vt ab ijs, qui capti, & in carcerem inclusi sunt, pro comprehensione, & carceris commoratione, & victu id tantummodò exigatur, quod equitas, & ciborum precium postulet. Si qui carcere tenentur, sibi quæ ad victum pertinent, ab alijs, quàm à custodibus, & ministris carceris, suppeditari voluerint, id eis facere liceat: neque propterea asperius tractentur; aut in deteriora loca compellantur.

2 Mandent præterea, vt quacumque pecuniam, vestes, arma atque res secum habeant ijs, qui in carcere includuntur, tuto loco collocentur, & asseruentur, qui locus duabus claudatur clauibus, quarum altera apud ianitorem carceris sit, altera apud pauperum procuratorem.

Ex illis autem rebus, quæcumque & quotcumque sint, nihil vel ianitori, vel executori, vel ceteris ministris attingere liceat: sed eis, si inde exierint, vel eorum heredibus, vel illis, quibus à Iudice attributæ fuerunt, integre, & intacte asseruentur. Qui contra fecerit, duplo mulctetur, quæ multa ei, cui damnum datum sit, attribuatur.

Curent

3 Curent etiam per certos homines, ab eis deligendos, semel in hebdomada visitandos eos, qui in carcere tenentur; qui si illos indignius, & accerbius tractare cōpererint; referant ad Episcopum, qui pro sua prudentia, ac pietate, nē quid iniquius fiat, omninō prouideat.

4 Designent verò Episcopi aliquos, qui miserabilium personarum causas gratis defendant.

5 Inferiores quoque ministri in Christiane vite officijs contineantur: curentque Episcopi, vt à ganeis, & meretricibus, à ludo cuiusuis generis, ab improbatis questibus abstineant; nē blasphemii sint, nec vite moribus reprehendendis. Si quos deliquisse, compertum erit, in eos animaduertatur.

De Carceris Protectore.

S V M M A R I V M.

- 1 Carceris Protector, Ecclesiasticus, & quis: & quanto tempore perseueret.
- 2 Eius officium quale.
- 3 Cum carceris custodibus quid agat.
- 4 Carceratos monitione, correctioneque egentes, moneat, corripiatque.
- 5 Et quos Episcopo deferat.



It etiam fori Episcopalis carceris protector vnus è Canonicis Ecclesie Cathedralis, vel alius Ecclesiastici ordinis vir: quem secundo quoque anno, aut breuiori temporis spacio, prout maluerit Episcopus ei cure, protectioniue preficiat: rursusque ab illo munere liberè amoueat, etiam ante prefinitum tempus pro arbitrato suo.

§. de Ep̄o ep̄i scop. Iur. & foro.

2 Eius officium erit, exquirere diligenter, ac simul curare, vt Aduocatus, Procuratoruē pauperum, satellites, & custodes carceris muneri suo nē in aliqua re desint, neque quicquā committant, quod ijs, qui in custodia sunt, fraudi, damnouē esse possit.

Inuestiget prætereà sollicito, diligentique studio, que illorum cura adhibeatur, cum in primis ad animę salutem, tum etiam ad corporis sustentationem: & que verò de toto eò genere in Concilio Prouinciali primo, & tertio cauta sunt, an præstentur quā rectissimè: & quid denique officij erga ipsos singuli ij præstent, quibus commissum est.

Causę item eorundem, & quā celeri mē fieri potest, rectē, cum equitatisque ratione congruenter diffiniantur, etiam atque etiam durōsē videat, ac procuret.

Singulis hebdomadis sepe, vel minimum bis vnumquemque, qui in carcere est, inuisat. At si qui sunt, qui arctiori secretiorū custodia inclusi tenentur, eos item vilitatum eat: sed hoc omne officium, Vicario consentiente, eodemque pręsente, aut Procuratore Fisci Episcopalis, aliouē, quem idem Vicarius maluerit; si itā magis expedire censuerit, ipse pręstet, nec verō aliās.

3. Carceris item custodes sepius per hebdomadam adhibeat, quibuscum agat, quęcumque non solum ad mores corrigendos, sed ad vitam sustentandam, necessitatesque subleuandas eorum pertinent, qui in vinculis, custodiāe sunt. Ac proinde libenter, benignęque audiat, quę quotidie sibi eo de genere ab illis exponuntur: & quibus opus esse viderit, vt consulatur, ac prouideatur; in ijs omnes curę, sollicitudinisque partes, vt oportebit, quā diligentissimę pręstet.

4. Si porrō vel vniuersos, vel singulos, qui in carcere sunt, itā se male gerere perspexerit, vt correctione, monitione uē opus habeant ad morum disciplinam, eos, prout oportunitas tulerit, & monere, & hortari, & obiurgare; & corripere nē desistat.

5. Si verō alios muneri suo deesse, aut in eo peccare animaduertit, cum illos sui officij, atque adeo errati moneat in primis; tūm si opus erit, ob eam causam Episcopum, aut Vicariū generalem adeat, cuius auctoritate malorum pertinacię occurratur.

De Visitatione ab Episcopo faciēda Tribunalis, & Carceris.

S. V. M. M. A. R. I. V. M.

1. Tribunal Episcopale ab Episcopo quotannis visitandum.
2. Carcer etiam ab Episcopo aliquando visitandus.
3. Visitatio Carceris quo sine peragenda: queque curanda.
4. Carcerati a Carceris Protectore singula hebdomada pariter inuisendi. De Carceris Protectore, nu. 2.



Votannis fori sui tribunal Episcopus uisitet; inquiretque an prescripta fori ratio, an prescripta taxa seruetur: tum pretereà, an si que corruptele, si quie abusus irrepserint; an si quid denique uel institui, uel emendari, oportet: idque sollicitè in primis curet, ut eripiantur abusus, tum restituantur quæcumque ad rectam iudiciorum formam attinent.

3. De ijs, quæ ad for. Episc. pert.

2 Episcopus non solum per certos homines, ut primùm à nobis constitutum est; sed etiam ipse aliquando in anno carcerem uisitet: in eoq; inclusos paterna charitate consoletur, pièq; in Domino adhortetur.

3 Videat item, ut eis ad corporis sustentationem, & ad iustum patrocinium non desit quicquam: tum in primis non libri spiritualis lectio, non crebræ religiosorum hominum cohortationes, tum nè denique aliquid ad animæ salutem.

Curet etiam, ut qui in liberiori custodia sunt, festis saltem, & Dominicis diebus Missæ sacrum audiant, aliquo, ubi fieri potest, edificato propè carcerem sacello, tum Doctrinæ Christianæ rudimentis instituantur. Idque officium ijs pretereà præstetur, qui in laicalis fori liberiori carcere sunt.

Ut omnes in Pascha confessi, sacram Eucharistiam piè, & salutari- ter sumant. Quod ut die Natali Domini, & alijs anniuersarijs redemptionis nostræ solemnitatibus indictisque publicè iubilis, ac Indulgentijs, faciant, eosdem cohortetur.

De Iurisdictione Episcopali, Apostolicis Constitutionibus, edictisque, & alijs Institutionibus Episcopali- bus publicandis, & asseruandis, & Episcoporum gestis memoriæ comendandis.

S V M M A R I V M.

Legato Pontificio, Visitatori, Nuncioque Apostolico, Metropolitana nouè in Prouincia Diocesim aduentanti, Episcopus Diocesanus, ro- cheto conlecto obuiam prodeat. De vita, & hon. Episc. nu. 12.

Oeconomus ab Episcopo deligendus, qui bona Cathedralis Ecclesiæ administret, & qualis. Que pert. ad honor. Eccl. nu. 22.

1 Prelatus exemptus, licet Episcopus sit, in aliena Diocesi, ubi Eccle- siam exemptam obtinet, absque Episcopi Diocesani consensu, Ponti- ficalia non exerceat.

Neque

- 2 Neque alteri Episcopo potestatem faciat Pontificaliter exercendi.
- 3 Conseruatores à Regularibus electi mutari nequeunt, eorumque nomina Episcopo Diocesano significanda.
- 4 Capituli, Clericè consilium Episcopus sequi minimè tenetur. Episcopus ad aliam Prouinciæ Ciuitatem, locumue accedens, ut excipiendus. De vita, & bon. Ep. nu. 62. Reliqua ad Episcopum, Episcopalemque iurisdictionem quoquomodo spectantia, in quinto, & sexto Concilijs Prouincialibus contenta, ubi videnda. Ibid. nu. 48. 49. 50. 51. 52. & à 57. vsque ad fi.
- 5 Bullæ Pontificiæ, Romæ quotannis editæ, Episcoporum cura in suis Diocesibus, quæque aliæ promulgandæ, eæque ubi asseruandæ.
- 6 Iis promulgandis, qui modus seruandus.
- 7 Promulgationis relatio, à quo, & cui fiat; ubique notanda.
- 8 Edicta etiam Episcopalia, scripta uel alia, ubi, & quomodo promulganda.
- 9 Certi dies Parochis præfigendi, quibus Pontificias sanctiones, decreta Tridentina, Prouincialia, Synodalia, & alia pronuncient.
- 10 Eaque in promulgatione quod Concionatorium, & Parochiorum officium.
- 11 Diplomata Pontificia, & Principum quæ in Codicem certum referenda.
- 12 Episcoporum nomina, genus, & Pastorales actiones certo libro notande.
- 13 Viri aliquot ab Episcopo deligendi, quibus utatur in instituendis Ciuitatis, & Diocesis moribus.

5. De Episcopo Epali iuris. & foro.



NE prælatus exemptus, etiam si Episcopus sit, in alienam Diocesim, intra cuius fines Ecclesiam quomodocumque exemptam obtinet, quæ iam inde etiam ab immemorabili vsque tempore iurisdictionem spiritualem habet, alium Episcopum inducat, neque ad sacrum oleum conficiendum, neque ad chrisma ministrandum, neque ad consecrandam Ecclesiam, neque ad alia pontificalia munera obanda, exercendaue: nec verò ipse illa ipsa officia, muneraue ministrat, aut exerceat, sine Episcopi Diocesani concessu.

2 Ne item prælatus inferior, etiam exemptus in Ecclesia, locum, ubi iurisdictione spiritali utitur, Episcopo extraneo potestatem faciat ministrandi pontificalia munera.

3 Regulares, quibus ex priuilegio ius competit conseruatores eligendi, ad quos in iudicium vocentur, quos semel delegerint, ne inueniant:

tent: eorumque præterea nomina, mensis spacio, Episcopo Diocesano significent: alioquin ad Episcopale forum in ius illos vocari liceat.

4 Quibus in actionibus, aut deliberationibus Oecumenica Synodo Tridentina, aut Prouincialibus Concilijs constitutum est de Capituli Clericæ Concilio aliquid agendum esse; non propterea tamen illud sequendi necessitatem sibi impositam esse, Episcopus existimet; nisi in ijs tantum, de quibus id speciatiim, nominatiueque cautum est.

5 Summorum Pontificum Bullas, quæ quotannis de quauis causa ab illis edentur, Episcopus duobus saltem post mensibus, quàm illas Romæ editas cognouerit, in sua Diocesi eas potissimum promulgandas curet, quas promulgari in ijs ipsis iustum erit, tum illas item, quas ad Ecclesiæ suæ gubernationem pertinere aliqua ratione posse iudicabit. Quarum omnium Bullarum librum confici, & in Episcopali Archiuo adseruari iubeat.

Metropolitani autem cura sit, eas omnes, cum primùm acceperit, ad singulos Prouinciæ Episcopos mittere.

6 Summorum Pontificum constitutionibus promulgandis hæc ratio seruetur, vt, si earum peruulgationi præfinitus in illis est modus, is adhibeatur; si verò nullus, ad peruulgationem satis sit affixio; quæ, vt motis est, fiat certis publicis locis.

7 Cuius affixionis, & peruulgationis relatio, testificatioque ab eo, qui affixerit, fiat Cancellario fori Episcopalis, cuius sit illam in librum referre.

8 Quod de Pontificiarum constitutionum promulgationis modo & loco, vel in hoc, vel in alijs Concilijs Prouincialibus præscriptum est; id non solum in pontificijs constitutionibus; sed etiam in edictis Episcopalibus, alijsue scriptis, quæ promulgari contigerit, locum habeat, planeque seruetur.

Quò autem studiosius tradantur, & inculcentur, quecumque illis, vel constitutionibus vel edictis, scriptisue continentur; Episcopus, si ità expedire censuerit, illas ipsas tum constitutiones, tum edicta, vel scripta eiusmodi in Cathedrali Ecclesia saltem populo frequenti, de scripto primùm ità legi curet, vt nè verbum quidem, ne dùm pars vlla omittatur. In alijs deinde Ecclesijs, ac locis, ubi euulgandas censuerit, illæ per capita summam, vulgarique sermone, prout ille maluerit, explicentur.

9 Certos, statosque dies singulis mensibus, Calendarij instar notatos, quibus vel pontificias sanctiones, vel Tridentina decreta, vel Prouinciales, Diocesanasque constitutiones, aut pastorales litteras populo euulgari, de scriptoque pronuntiari iustum est, Episcopus Parochis præstituat, vt ordine omnia, pro temporum ratione, diligenter promulgata,

2. Tit. 1. dec. 5.

3. De ijs quæ ad Episc. for. pert.

4 De foro Episc.

gata, sæpiusque suis certis diebus repetita, accuratius in executionis
vsum inducantur, ac retineantur.

10 Cùm vel sanctiones pontificias, vel decreta Conciliaria, vel li-
teras, constitutionesue Episcopales, vel aliquid eiusdem generis pro-
mulgari, aut populo enunciari, de scriptoque legi iussum est, vt vbeno-
rem fructum ferant, ac studiosius ad executionis vsum illæ introdu-
cantur; Episcopus, concionatores, qui in vrbe sunt, Parochi verò Diœ-
cesani, si quos in suæ Parochialis Ecclesiæ finibus habent, eos diligen-
ter hoc præmonere studeant, vt quod fidelibus enunciandum est, idem
illi inter concionandum cohortationibus adiuuent.

Hoc verò cohortandi munus ipsi etiam Parochi studiosè semper
præstent.

11 Liber fiat, in quo singula diplomata, siue Summorum Pontificum
siue Imperatorum, siue Regum, Principumue sint, quæ ad Ecclesiæ il-
lius priuilegia, iura, aliaue id generis quouis modo pertinent, rectè, ac
que ordinè describantur.

Qui liber in Armario, certo archiuū loco, diligenter asseruetur.

12 Episcopus, id quod vel ab initio nascentis Ecclesiæ institutum fu-
it, vt rerum Episcopali studio, curaque gestarum monumenta existeret,
conquiri diligentissimè curet; tùm singulorum Episcoporum, qui præ-
cesserunt nomina, genus, & pastorales eorundem actiones. Quæ om-
nia litteris consignati, ordineque conscripta, in librum certum referri
curet, vt eorum memoria conseruetur; & quæ ab iisdem, vel acta, vel
instituta sunt, ad aliquam Ecclesiasticæ disciplinæ normam perpetuò
vsui esse possint, atque adiumento in illa Ecclesia benè gerenda.

13 Episcopus in vrbe sua viros aliquos, auctoritate præstantes, spi-
ritualis vitæ studiosos deligat, quorum adiumento, & opera vi possit, &
in ijs cognoscendis, quæ ad Ciuitatis, Diœcesisque suæ morum institu-
tionem pertinent, & in adiupandis Christianarum virtutum exercita-
tionibus, & in alijs denique quibus populi sibi commissi progressio,
fiat ad sanctè agendi studium.

De Archiuio Episcopali.

S V M M A R I V M.

- 1 Archiuium, quod Episcopo, & Capitulo Cathedralis Ecclesiæ commu-
ne sit, instituendum.
- 2 Illud clauibus duabus occludendum: & à quibus illo custodienda.
Cuique

3. De ijs, que
ad Episc. for.
pert.

- 3 *Chique ille, sede Episcopali vacante, tradende.*
- 4 *Archivio in ipso certus constituendus locus, ubi causarum Codices, & alia recondantur: isque locus quot clauibus claudendus, & a quibus ille tenenda. 5.*
- 6 *In illud scripta, & instrumenta, actaque omnia à Cancellario Notarioue amato, defunctone consecuta, deferenda: dictaque testium, & que alia consignanda. 8. De foro Episc. nu. 11. 12.*
- 7 *A quo exscribenda ipsa Archiuu exemplaria.] Inventaria bonorum & iurium Ecclesiarum, piorumque locorum, in eo retinendum, librique, Codices, & monumenta, vt infra sequitur, asseruanda, 43. Quæ pert. ad bonorum, nu. 1. & 2.*
- Monimenta festorum dierum. De fest. dier. cultu. 30.*
- Liber eorum, qui fidei professionem emiserunt in Diœcesana Synodo, emittentque. De fidei profess. nu. 4.*
- Liber Reliquiarum recognitarum. De sanctorum Reliquiis. 4.*
- Scripta, monumentaque ad eas pertinentia. Ibid. 34.*
- Liber Indulgentiarum perpetuo, vel ad tempus Ecclesijs concessarum. De Indulgentiis, nu. 7.*
- Liber Altarium, onerum, iuriumque ad ea pertinendum. De Eccl. fab. 76.*
- Liber Consecrationum Ecclesiarum, Altarium, Cœmiteriorum, & Campanarum. De Eccl. Consecrat. 6.*
- Liber Diœcesanorum beneficiorum, isque qualiter consecutus. Quæ ad benef. collat. 35.*
- Liber ordinatorum. Ibidem.*
- Alter, in quo testificationes ordinandorum summam relata sint, Quæ ad ordinis sacr. &c. 61.*
- Liber pœnarum, & multarum, solutionisque earundem. De foro Episc. 20.*
- Liber diplomatum Pontificiorum, & Imperatorum, Regumque & quorum. De Iurisd. Episc. 11.*
- Liber legatorum annuorum cum oneribus adiunctis. De piorum locorum. &c. 19.*
- Libri impressi, & recogniti. De edit. & usu sac. lib. 8.*
- Attestatio promulgationis decreti Concilij Tridentini, de Matrimonijs clandestinis. Quæ ad sacr. Matrim. pert. 30. in fi.*
- Testimonium professionis emisæ. Quæ ad ord. sacr. 26.*

1. Quæ pert.
ad bonorū &
iurium, &c.

2. Tit. 2. dec.
14.

3. De ijs, quæ
ad Episc. for.
pert.



T verò in quibus Ecclesijs, vel Cathedralibus, vel Collegiatis Archiuum eiusmodi non sit, ab Episcopo instituat. initium huius decreti videatur Quæ ad bonorum &c. nu. 2.

Archiuia singula duabus clauibus occludantur. Cum primum aliquis huius prouincie Episcopus mortem obierit, Archiuij Episcopalis clauis Notarij publici fide, vna Capituli Vicario, altera vni de Capitulo, ad quem, vel officij ratione, vel consuetudine pertinet, si que nemo talis est, alij antiquiori residenti tradatur; ab eisdemque vna, & item altera asseruetur, quò ad alius Episcopus creabitur, cui illas restituant, & rationem de scriptis in inuentario notatis, eorumque custodie commissis, eidem reddant.

4 Certus in Archiuio Episcopali locus constituatur; vbi causarum ac iudiciorum Codices, instrumenta, acta, scriptaue alia, à Cancellario, & Notarijs fori Episcopalis, ad ipsum forum pertinentia singulis annis confecta, quotannis recondantur; ita vt inde, cum vltu venerit, promissa possit, quicquid in Ecclesiastico foro vniquam agitatum erit.

5 Is certus Archiuij locus duabus clauibus claudatur; quarum vna Episcopus, alteram eius Cancellarius habeat.

Notario autem instrumentorum, quæ confecit, exemplum, idque sumptibus suis habere, aut retinere liceat.

6 Si Cancellarius, Notariusue aliquis decesserit, vel ab officio se abdicarit, amotusue sit, quæcumque ille, vel instrumenta, vel scripta, vel acta eiusmodi confecit, statim Episcopi iussu in eundem locum deferantur. Quod si processus alicuius causæ nondum sit completus, & causam, ob quam confectus est, partes prosequantur, eius in Archiuum delatio deferri poterit, quò ad causa sit peracta.

7 Ex Archiuij tabellis, exemplaribusue, si quæcumque acta, aut instrumenta, quæ Notarij manu, signoque munita, fidem faciant, exscribi contigerit; is, qui rogatus Notarius illa confecit, si uiuit, vt operis sui emolumenta consequatur, eorum exemplum, modo edi liceat, ipse conficiat, si præsens est; si verò abest, id seruetur, quod iure canonicum est: sin autem obijt, id Episcopalis Cancellarius præstet: mercedem autem inde capiant notarij hæredes; nisi aliter inter Episcopum, & Notarios conueniatur.

Quæ desunt huic titulo, videantur in Tit. de Archiuio Capitulari de foro Episcopali, De Cancellario, &c.

Quæ ad sacramentum matrimonij pertinent.

SVM-

S V M M A R I V M.

- 1 Matrimonio contrahendo, regula à Concilio Tridentino tradita, seruanda.
- 2 Matrimonij libertas nullis legibus secularibus violanda.
- 3 Libertatem ipsam impediētes, puniuntur.
- 4 De puella minus libera voluntate, vbi Episcopo constet, quid agendum.
- 5 Matrimonij denunciations quibus diebus, quibusque in locis fiant. 9.
- 6 Ee non procrastinanda.
- 7 Quomodo faciēda, matrimoniumque celebrandum, vbi contrahendum sit à Catholicis in hereticorum finibus, locisue finitimis commorantibus.
- 8 Qui modus item prescriptus in matrimonijs, quae cum vagabundis iuri solent.
- 9 Matrimonij denunciations ad cuius instantiam fiant.
- 10 Denunciations faciēdis, quid seruandum vbi contrahentes diuersarum sint Parochiarum.
- 11 Quid item in contrahendo matrimonio; praecipue cum contrahentes sunt diuersarum Diocesum.
- 12 Eas denunciations faciurus Parochus quae prius inuestiget.
- 13 Quae à sponsis perquirat.
- 14 Quaeque ea in inuestigatione caueat; quae item cum sponsalibus interest.
- 15 Ad quae sponso ipsos cohortetur. 17.
- 16 Quaeque eosdem moneat.
- 18 Populus docendus, religiosa animi preparatione sacramentum hoc suscipiendum.
- 19 Denunciations, Episcopi concessu, & causa, remittendae.
- 20 Non tamen facile; & quid agendum, vbi ante matrimonium remittantur.
- 21 Earum remittendarum, quae cause legitima.
- 22 Vicario Generali quando eas remittere liceat.
- 23 Denunciations semel factae, quando iteranda.
- 24 Vltima denunciations die matrimonium non celebrandum. 39.
- 25 Sponsorum ante solemnem matrimonij celebrationem, coeuntium, absolutio Episcopo reseruata.
- 26 Id etiam eorum matrimonium futurum nullum, ab Episcopo declaratur.

Quique

- 27 Quique ita contraxerint, puniendi.
- 28 Huic corruptelæ, quemodo Episcopi cura prospiciendum.
- 29 Matrimonium falsò, & scienter impedire tentans, excommunicandus.
- 30 Matrimonium clandestinè attentans contrahere à Parocho repellendus. Tridentini decreti de matrimonijs clandestinis promulgatio an facta sit, ab Episcopo inquirendum. Promulgationeque non facta, quibus adhibitis, & ubi faciendæ. Ibidem.
- 31 Doctrina Christianæ rudes, matrimonium contrahere prohibendi priusquam eam didicerint.
- 32 Matrimonium sine Parocho, aliouè Sacerdote contractum, nullum: qualiter tamen intelligendum. Nullum item celebratum à non proprio Parocho. 36.
- 33 Quarto, & quinto gradibus affinitatis, consanguinitatisuè iuncti, matrimonium sine dispensatione contrahere non prohibentur.
- 34 Contrahentes à Parocho monendi, excommunicationis proposita scienter matrimonia contrahentibus in gradibus prohibitis.
- 35 Matrimonia prohibita contrahere presumentes, sub spe dispensationis consequendæ, ab Episcopo puniendi; & separati, excommunicationi denunciandi.
- 37 Matrimonium in Ecclesia Parochiali celebrandum.
- 38 Idque manè, non autem à prandio.
- 39 Postridieque diei ultimæ denunciationis.
- 40 Benedictio celebrata Missa faciendæ.
- 41 Musica instrumenta non adhibenda in matrimonio contrahendo benedictioneque impertiendæ.
- 42 Admoniti id facere contemnentes, matrimonio non coniungendi.
- 43 Annulo quis sponse digitus induendus.
- 44 Bibendi usus in Ecclesia, frangendique cyathi contrahendo matrimonio tollendus.
- 45 Quæ alia in nuptijs emendanda.
- 46 Matrimonia, fascinationibus & veneficijs impediens, aut dirimendi occasionem præbentes, eisque in soluendis improbatæ verba adhibentes excommunicatione feriuntur.
- 47 Consilium, mandatumuè ad id dantes, eandem censuram subeunt.
- 48 Temporibus ab Ecclesia prohibitis domum sponsam traducetes, interdicti panam incurrunt. Matrimonia contracta, unà cum testibus adhibitis, in certum librum describenda.
- 49 In eundem librum referendæ facultates Sacerdoti alij concessæ, ut supra matrimonio contrahendo intersit.

Quæque

Quæque alia attestationes referenda. 50.

Eæ facultates quibus tantum Sacerdotibus concedenda. 52.

- 51 Sacerdotis coadiutoris opera, ubi utatur Parochus ad matrimonia contrahenda, quid de eo-coadiutore in eundem librum notandum.
- 53 Decreta Tridentina, & Provincialia de matrimonij sacramento communi lingua, & quando evulganda.
- 54 Apostolicæ Constitutiones, litteræque decretales ad Tridentinorum de matrimonij impedimentis decretorum declarationem editæ, & ubi videnda.
- 55 Delegati ad dispensandum in matrimonio irrito, dispensatos iterum contrahere cogant.
- 56 Matrimonialibus in dispensationibus dotis non competentis, causa concessis, ut agendum.
- 57 Pro executione matrimonialium dispensationum ab Episcopo, Vicariis nihil omnino capiendum: à Notario verò quantum.



Illigentissimi sint Episcopi in ea observatione, nè quisquam à regula, quam in celebrando matrimonio servandam statuit Tridentina Synodus, vlla ex parte discedat.

Matrimonium, cum sacramentum sit, & maxime liberum; si quæ municipales leges, statuta, decretæque sunt, quibus huic sacramento, sancteque illius libertati, contra sacrorum Canonum, & Conciliorum præscriptum vilo quouis pacto impedimentum afferatur; eas irritas, rescillas, ac planè nullas decernimus, ac declaramus.

3 Omnibus verò, quacumque etiam dignitate, potestateque præditis, interdictum iam nunc perpetuò sit, nè earum, etiam legum, statutorum, decretorumque auctoritate, nec verò alia quavis ratione quicquam statuatur, decernant, iubeant, agantque, quo matrimonij libertas vilo pacto, neque directè, nec verò indirectè, lædatur.

Qui contra fecerit, pœnas, & censures Conciliorum & Canonum iure sancitas, ipso facto subeat.

4 Episcopus verò, ubi probabilem pro sua conscientia suspensionem habeat de puella minus libera voluntate, tum exquirat rem diligentissime; tum præterea, si opus esse censuerit, illam certo loco tuto, ac honesto collocet, ubi illa eidem proferat, & explicet liberius suam voluntatem, qualis verè sit.

5 Denunciations, quæ matrimonij antecedere debet, festis illis diebus fiant, qui Ecclesiæ præcepto servantur, media ea Missa, ad quæ frequentior populus convenire solet, quò id facilius notum omnibus esse possit.

1. Quæ ad
sacr. Matrim.
pert.
Sess. 24. c. 1.
de ref. matr.
5. Quæ ad
Matr. pert.

Sess. 24. c. 9.

1. Ibidem
Sess. 24. c. 1.

6 Si Parochus in matrimonio denunciations, vel benedictionem sine probabili causa procrastinarit, cuius iudicium deinde sit Episcopi, ab eo plectetur.

2. Tit. 1. dec.
25.

7 Illud maxime Episcopus interdicit, ne ainarum curatores, qui in hereticorum finibus, vel in locis finitimis habitant, ubi vnicuique liberum est publice, & impune hereticorum more vitare, matrimonij, quod inter Parochias sue, & illorum locorum incolae contrahendum est, secundam denunciationem faciant; neque eos matrimonio coniungant; aut denunciationum, quae de matrimonio celebrando factae erunt, fidem, ac testimonium ad ea ipsa loca, ubi illud inendum est, mittat, nisi prius eius, qui in locis hereticorum, aut haeresis nomine suspectis habitat, nomen, & cognomen Episcopo denunciant: ab eoque impetrarint facultatem, alias denunciations faciendi, matrimonijque celebrandi, vel fidem denunciationum illuc mittendi, quae eo nomine factae sunt. Quam facultatem Episcopus ne det, nisi prius de fide Catholica illius hominis cognouerit, qui ea loca incolit, aut, nisi item sibi omnino exploratum sit, matrimonium eiusmodi non contrahi cum hereticis.

Ibid. dec 26.
Sess. 24. c. 7.

8 Tridentina Constitutio de matrimonijs, quae cum vagabundis hominibus iniri quandoque solent, seruetur à Parochis vel diligentissime. Nec verò ipsis Parochis facultatem, ut illos vagos homines matrimonio iungant, Episcopus ante det, quam norit, eos, & solutos esse, & à catholica communione non alienos.

9 Matrimonij denunciations à Parochis tum demum fiant, cum vir, & mulier, eorumque parentes, vel ij, qui puellae curam habent, id postularint; sique ambo diuersis in Parochijs habitant; tum in vnius, & alterius item Parochia fiant.

3. De ijs, quae
ad Matr. sacr.
pert.

Matrimonij denunciations in posterum à Parocho ne fiant, nisi ijs ipsis petentibus, aut consentientibus, de quorum matrimonio contrahendo agitur.

10 Quod si diuersis in Parochijs illi habitant, vtriusque item Parochus hoc ipsum seruet. Neque matrimonium alter Parochus denunciet, nisi ab altero Parocho certior factus sit de postulatu, aut consensu illius, qui suae est curae subiectus.

2. Tit. 1. dec.
26.

11 Caueant autem Parochi, ne alienae Parochiae sponsum sponsamue ante matrimonio iungant, quam testimonium ab illius, qui intra Parochiae suae fines habitat, Parocho, si eiusdem, vel finitime, aut non nimis longinquae Diocesis ille sit, scriptum acceperit; cuius testimonij fide sibi testatum fiat, ex Tridentini Concilij praescripto denunciations; quae necessariae sunt, aut Ordinarij sui voluntate omittas esse, aut factas quidem, nullumque legitimum impedimentum ab illo homine

signifi-

significatum, quo minus tale matrimonium contrahi liceat. Illud verò testimonium si à Parocho alienæ Diœcesis fiet; ab Ordinario loci, aut ab eo, cui hoc ille delegarit, subscriptione, ac sigillo comprobatum sit.

12 Inuestiget etiam ipse Parochus diligenter, aut alius Sacerdos, cui facultas data est, in matrimonium iungendi sponfos, an quod denunciaturus est matrimonium, in eo aliquod sub sit impedimentum, quo minus contrahi liceat: quod si in aliqua probabili coniectura extiterit, qua existimet illud iniire non licere; Episcopum ante consular, quàm ulterius in denunciationibus progrediatur, sponfosuè iungat, quos dubitat matrimonio non licere copulari.

13 Parochus statas matrimonij denunciations facturus, præter notitiam de illis faciendis sibi datam ab agnatis curatoribus illorum, de quorum matrimonio agitur; primùm à mari, tum à fœmina exquirat, an matrimonij, quod inter eos tractatur, denunciations fieri placeat.

14 Qua in re caueat, nè dum matrimonij denunciandi voluntatem eorum notam, exploratamque inuestigando habere vult, ea inuestigatione matrimonij istius, aut sponsalium consensum exquirat. Itaque de statis solum denunciationibus explicatè, ac distinctè, separatimque ab utroque perquirat; idque à fœmina loco honesto, & in propinquorum conspectu; ità tamen, vt nè quisquam audiat; neque ità propè sit, vt præ pudore, vel alia causa, minus liberè animi sui voluntatem exprimere audeat.

Caueat Parochus, si quando sponsalibus intererit, vt nè de presenti, sed de futuro matrimonio illa contrahantur: sicque propterea verborum formula dilucidè concipiatur, vt de eorum sensu nulla deinde questio, difficultasue oriatur.

15 Parochus, quorum matrimonium ex Concilij Tridentini præscripto publicè ter denunciaturus est, eos primùm graui cohortatione diligenter moneat, vt cum ad illud inueundum, ieiunijs, orationibusque se parent; tum etiam, vt eo ritè celebrato, Sacerdotalique benedictione à proprio Parocho accepta, orationi frequentiori, interim vacantes, tri duo abstineant pro reuerentia; si que contra spirituales nequitias, & carnis procacitatem sanctè muniti, salutem, & gratiam Dei ex eo sacramento vberiore sibi comparare studeant.

16 Matrimonium futurum Parochus, antequàm in Ecclesia denunciet, præter id, quod ex Concilio Prouinciali quarto perquirere à sponfis debet, illos etiam seorsum moneat; vt uideant, num matrimonio, quod inter se contrahere uolunt, aliquod impedimentum obstat, quod mox infra explicatum est; neuè alia, quæ ipse pro suo iudicio, & prudentia patefacere, exprimereque debebit.

3. Ibidem.

4. Quæ ad Matr. pert.

5. Quæ ad Matr. pert.

5. Ibidem. Sess. 24. c. 1.

6. Quæ ad Matr. pert.

6. Viderint igitur an alteri fidem adstrinxerint, aut iurciurando sponderint.

An castitatis, religionisue votum ediderint.

An aliquod impedimentum inter eos intercedat cognationis, etiam spiritualis, aut affinitatis, vsque ad gradum, iure, Tridentinoque Concilio prohibitum.

Sess. 24. c. 1.
de refor.

17 Si verò filij familiars sint, hos Parochus valde cohortetur; vt parentibus, in quorum potestate sunt, eum honorem tribuant, vt illis nō inscijs quidem, nē dū inuitis, rem tanti momenti in eant.

Id præterea studiosè, paternèque etiam utrumque hortetur, ut singulari quadam animi pietate, & oratione in primis frequentiori, in terram graui ad Deum confugiat.

de refor.

Quo in genere Thobiz adolescentis, cū uxore duxit, commemorabile exemplum, imitationeque dignum proponat.

3. De ijs, quæ
ad Matr. sacr.
pert.

18 Religiosam animi præparationem requirit matrimonij ratio & sanctitas; quam cū minus intelligant laici homines, sit, vt sæpè grauius in re peccent, quam sanctè inire debent. Crebrò igitur, cū viduerit, Parochus, hoc ipsum populum doceat; ad idque adhibeat Catechismi Romani locos; & doctrinam.

2. Tit. 1. dec.
26.

19 Eas autem denunciations, nē vlla quidem ex parte remittere liceat, nisi proprij Episcopi concessu idque causis iure permissis.

Sess. 24. c. 1.
4. Quæ pert.
ad Matr.

20 Statas illas matrimonij denunciations, Tridentina sanctione præscriptas, Episcopus nē facillè remittat. Si verò pro sua pietate, ac prudentia earum aliquam quandoque antequam matrimonium contractum est, committi censuerit, ac postea, ante consumationem illas plane omnes, aut si minus omnes, saltem duas, aut minimum, vnam fieri curet omninò.

5. Videm.

21 Matrimonij denunciations, quas aliquando ab Episcopo remitti constitutione Tridentina permissum est, is videat, nē ob aliam causam, quàm ea ipsa Constitutione cauetur, remittat; cū scilicet Ordinarij iudicio verisimilis suspicio est, matrimonium malitiosè impediri posse. At verò si hæc causa non subest, quamobrem illas remittat, ea certè sola, quod instat sacri Aduentus, Quadragesimæ nē tempus, neque necessaria est, nec uerò cū ratione contentiens, cū præsertim eo sacro tempore, qui iam matrimonio iuncti sunt, ab illius vsu abstinere potius conueniens sit, nē dum sponso coniungi.

22 Illas uerò ab Episcopo, cū præsens in urbe, uel Diocesi adest, solum remitti deinceps liceat, ab alio præterea nemine, ac nē à Vicario quidem generali.

23 Matrimonij futuri denunciationibus in Ecclesia de more factis, si forte

si forte hoc accidit, vt illud duorum mensium spacio post non contrahatur, nè idem antea Parochus celebret, quàm iterum denunciationes ex Concilij Tridentini præscripto, fecerit; edixeritue, si modò illud Episcopus non concesserit.

24 Quo die de matrimonio contrahendo denunciatio vltima facta est, nè eo ipso die, nisi impetrata ab Episcopo facultate, illud celebretur; id autem præterquam si postrema ea denunciatio facta sit pridie illius diei, quo initium est Quadragesimæ, vel Aduentus; ac nisi item Parochus populo, antecedente denunciatione, significarit, eo die, quo postrema denunciatio fiet, matrimonium esse contrahendum. 3. Ibidem.

25 Qui sponsalia contraxerint, si vnà ante coierint, quàm coram Parocho, & testibus matrimonium inter eos celebratum sit, illius peccati, quoniam in eo sæpè delinquitur, absolutionem Episcopo reseruatam esse volumus; grauemque illis pœnitentiam imponi. 2. Tit. 1. de t. 27.

26 Si qui atate etiam legitima, & Parocho præsentè, testibus duobus adhibitis, & Notario item, iurati sponderunt, se matrimonium iniuros; ac deinde non contracto legitimè per verba de præsentè matrimonio, copulationem inter se inierunt, eorum matrimonium nullum ab Episcopo declaretur, ac decernatur. Id verò nè accidat, Parochus quàm sapissimè populum, vt opus erit, moneat, ad præscriptum Concilij Tridentini. 5. Ibidem. Sess. 24. c. 1.

27 Eos præterea, qui ita contraxerint, grauius pro arbitrato suo Episcopus. Quod si ijdem postea de præsentè matrimonium contrahere velint, nè prohibeantur; modo seruentur quæ ad Tridentini Concilij præscriptum seruari oportet, si nullum aliud insit legitimum impedimentum. Sess. 24. c. 1.

28 Magnam in eo diligentiam adhibuimus, vt corruptelam, atque adeò peccatum tolleremus, atque radicitus extirparemus quod passim in Prouincia nostra à sponsis committitur, qui mutua copulatione antea vtuntur, quàm matrimonium per verba de præsentè ritè confectum, celebratumque sit. 6. Quæ ad Matr. pert.

Verùm cum nihil fermè in hoc genere hactenus profecisse animaduertamus; pro officij pastoralis munere perniciose isti corruptele, peccatoque graui nos diligentius, accuratiusque prouidendum, & consulendum esse statuimus. Itaque Episcopi cura sit, pœnis, & censuris, quas arbitrato suo constituerit, sancire, nè sponsi, prius quàm matrimonium in Ecclesia per verba de præsentè, ex ritu celebrauerint, nõ modo simul non habitent; sed nè vllò quidem modo mutua consuetudine, commerciouè vtantur. Sess. 24. c. 1.

29 Qui falsum aliquod impedimentum malitiosè attulerit, quo futurum legitimè matrimonium impediatur, si prudens, sciensque hoc fecerit, 3. Ibidem.

fecerit, præter alias iuris pœnas, excommunicationis etiam pœna afficiatur.

Sess. 24. c. 1. 30 Nè Parochus matrimonio quempiam iungat, qui illud clam contrahere attentarit, sine Episcopi concessu, vt de eo debitas ante possit sumere pœnas ex Concilij Tridentini decreto: id autem, nisi delictum hoc ita est occultè admissum, vt nullum eius rei iudicium legitimum extet.

3. Ibidem. Sess. 24. c. 1. Episcopus diligenter perquirat, an in singulis suæ Ciuitatis, & Diœcesis Parochialibus Ecclesijs Tridentini decreti de matrimonijs clandestinis promulgatio facta sit; &, vbi factam esse intellexerit, eius, quæ primo in quacumque Parochiali Ecclesia facta sit, si scripto testata esse potest, exemplum, manu Notarij signatum, ad se deferri iubeat.

Quod si minus scripto, sed solum testibus probari potest, eo Notario adhibito, examinari mandet. Si verò de promulgatione facile constare non potest, aut illa omninò facta non est: illud decretum duorum mensium spacio in singulis eorum Parochialibus Ecclesijs, Notario, & testibus adhibitis, promulgari omninò iubeat, & quicquid ad illius decreti promulgati probationem pertineat, id Notarij testimonio munitum, in Episcopali Archiuo asseruetur.

5. Ibidem. 31 Parochus, quos sponsosexperiundo viderit, Doctrinæ Christianæ rudimenta planè ignorare, nè matrimonio illos antè iungat, quam ea item ratione cognorit, didicisse, quæ eo de genere illos planè scire oportet.

Sess. 24. c. 1. 32 Qui testibus adhibitis, at sine Parocho, alioque Sacerdote, cui is, vel Ordinarius facultatem dederit, matrimonium de facto contraxerint, nè eos cogi liceat, vt denuò inter se contrahant; nec rursus eo nomine impediri, quominùs eorum vnusquisque cum alijs liberè contrahat, cum illud eorum factum nè sponsalium quidem, ne dum matrimonij vim habeat.

6. Quæ ad Matr. pert. 32 Quod Concilio Prouinciali Quinto cautum est, matrimonium verbis de præsentì, sine Parocho, testibusque contractum nullum esse, ac ne sponsalium quidem vim, roburque habere, id ita intelligendum est, eos, qui ita contraxerint, posse tamen Concilij Tridentini conditionibus adhibitis, denuò matrimonium contrahere, dummodò intra Parochiæ fines, & coram Parocho proprio, testibusque illud contrahatur, celebreturque.

33 Qui quarto, & quinto affinitatis, consanguinitatisque gradu iuncti sunt, cum inter se matrimonium, non impetrato dispensationis beneficio, liberè inire contraheresuè possint, nè à Parocho, aut ab alio quopiam in posterum impediatur, quo minus liberè contrahant, fertur regulis.

regulis, Tridentina sanctione præscriptis.

34 Parochus, cum matrimonium celebrare voluerit, moneat contrahentes, propositam esse poenam excommunicationis latae sententiae, ultra alias poenas à iure inflictas, in eos, qui in gradu prohibito eon sanguinitatis, vel affinitatis matrimonium contrahere scienter præsumpserint, ac eos omni spe consequendæ dispensationis carere ex præscripto Concilij Tridentini.

35 Episcopus verò seuerè animaduertat in eos, qui diuino timore postposito in suarum periculum animarum, scienter huiusmodi coniugia prohibita, etiam ex causa fornicationis, quod frequentius accidere solet, inire, sub spe forsan futurae dispensationis præsumpserint; ac statim illos, quos ei constiterit taliter contraxisse, adhibita separatione ex Concilij Viënenfis præscripto, excommunicatos publicè tamdiù denunciari iubeat, donec suum humiliter recognoscentes errorem, absolutionis obtinere beneficium mereantur.

36 Irritum, nullumque ab Episcopo matrimonium declaratur, quod à Parocho loci, vbi illud fit, non ab eo, qui Parochus proprius est contrahentium, celebratur.

37 Ne Parochus vlllo alio loco, quàm in Ecclesia ipsa, quæ sacramentorum proprius locus est, sponfos matrimonio iungat; nisi ex facultate ab Episcopo permessa.

Matrimonium, quod in Ecclesia celebrari debere sancitum est, altera Prouinciali Synodo; in ea tantùm Ecclesia celebretur, quæ Parochialis est.

38 Celebretur verò manè, non à prandio. Idque omne nisi cùm Episcopus alio vel loco, vel tempore fieri concesserit.

39 Ne solemnes nuptias liceat celebrere, nisi post diluculum postriedie illius diei, qui postremus est temporis, quo Tridentina Constitutione nuptiarum celebritas interdita est.

40 Parochi, cùm sponfis benedicendum erit, id celebrata Missa, cui illi interfint, semper faciant.

41 Sponfi autem, cùm in Ecclesiam conueniant, vel ad matrimoniù contrahendum, vel ad accipiendam benedictionem, nè Parochus vlla cuiusuis generis musica instrumenta adferri patiatur.

42 Quod si ab ipso moniti, id facere contempserint; tamdiù eis matrimonij celebrationem, aut benedictionem differat, quò ad sanctè, vti debent, ob id ad Ecclesiam accesserint.

43 Annulo nuptiali non dextera, sed sinistrae manus sponse digitus, qui annularis dicitur, induatur; dumque induitur, nè à sponso, sed à Sacerdote, cuius est benedicere, illa verba proferantur: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

c. fi. § pen. de clandest. desp. Clem. vnic. de cons. aff. Sess. 24. c. 5.

Sess. 24. c. 4.

2. Tit. 1. dec. 28. Sess. 24. c. 1. de refor.

3. Ibidem.

1. Ibidem. Sess. 24. c. 1. de refor.

2. Tit. 1. dec. 28.

4. Ibidem.

1. Ibidem. 44 Vsum autem illum in Ecclesia bibendi, & frangendi cyathi, & alia id generis, quæ in decorè fiunt, cum aliqui matrimonio iunguntur, amplius nè adhiberi patiantur.

4. Ibidem. 45 Quæ in nuptijs indecorè fiunt, ea ab Episcopis omninò eripi Concilio Provinciali primo iussum est. In ijs porro ipsis cum potissimum minimè ferendæ sint illæ duæ, deprauato morum vsu introductæ corruptelæ; vna scilicet, cum certa quædam pecunia ab ijs extorqueatur, qui ex alieno solo, alienatè Parochia vxorem ducunt; altera, cum per uicos, & plateas, qua iterum nupta ducitur, claniotes, tumultuosæque voces, à profano gentiliū more non abhorrentes, ac strepitus hominū, quasi exagitandis secundis nuptijs eduntur; eas sanè à Christianæ pietatis institutis, atque moribus, & à matrimonij, quod celebratur, sanctitate, alienas, Episcopus, cum omni alia pastoralis officij sui ratione, tum propositis etiam pœnis, censurisque extirpari, ac planè funditus tolli curet.

5. Ibidem. 46 Tridentina Occumenica Synodus, illud Episcopali diligentie quam diligentissimè commendauit, ut si quæ, vel hominū vitio, vel temporum iniuria corruptelæ in nuptijs celebrandis irrepserint, illæ radicibus extirpentur. Atque eo quidem vehementius in eiusmodi curam incumbendum est, quò grauius, atque adeo sæpius in illis peccatur. Quare ad nuptias, matrimoniaque impedienda, vel dirimenda eò cum uentum sit, ut ueneficia, fascinolesuè homines adhibeant, atque usque adeò frequenter id sceleris committant, ut res plena impietatis, ac propterea grauius detestanda. Itaque ut à tanto, tamque nefario crimine, pœnæ grauitate deterreantur; excommunicationis latæ sententiæ vinculo fascinoles, & uenefici id generis irretiti sint.

Quam ipsam pœnam etiam illos subire decernimus, si qui in illis soluendis uerba improbata, superstitiosa, atque adeò alia, quam quæ Episcopo primum probata sunt, adhibuerint; cum id non sine diuini cultus offensione maximè faciant.

47 Quo etiam genere pœnæ afficiantur, quicumque uel iuaserint, uel mandarint, uel consenserint.

Sess. 24. c. 10. 48 Ne quis cuiuscumque gradus, conditionisue sit, statis temporibus quibus nuptiarum solemnitates celebrari interdictum est, domum sponsam traducat, aut nuptialia conuiuia celebret, aliaue eius generis uenta agat.

Qui autem, uel per se, uel alium contra fecerit, aut eius culpa quouis modo particeps fuerit; is pœnam interdicti ab ingressu Ecclesiæ ipso facto incurrat; eamque pœnam illum tam diu sustinere uolumus, quò ad sponsi Episcopi iussu separati, meritas pœnas, pro eorum condi-

conditione dederint, arbitrio eiusdem Episcopi, & interdicto liberati eiusdem iudicio meruerint.

49 Ne autem matrimoniorum, quae contrahentur, memoria facile pereat, si quam facultatem Episcopi, aut Parochi cuiquam alij Sacerdoti, ut in contrahendo matrimonio interfuit, concedendam aliquando duxerint, id scripto tantum faciant, eiusque exemplum Episcopi in aliquo libro descriptum diligenter asservent.

1. Ibidem.

50 Parochi autem in eum librum referant, in quo coniugum, & testium nomina ex praescripto Tridentini Concilij scribere debent. Quaequid verò eo libro Parochi singulis annis scripserint, id in fine anni Episcopo describendum tradant.

Sess. 24 c. 1. de refor. Matr.

51 Si Parochus Sacerdotem alium coadiutorem habet, cuius etiam ministerio, facultate eidem Sacerdoti concessa, utitur ad matrimonia contrahenda inter Parochiae suae incolae; is illam cautionem adhibeat; ut in libro, qui est de matrimonijs, illius nomen, & cognomen; tum praeterea diem, & mensem, & annum notet, quo ille Parochialis cure socius, atque coadiutor adiunctus, facultatem à se, vel ab Episcopo consecutus est, matrimonia celebrandi.

3. Ibidem.

52 Ne autem matrimonij celebrandi potestatem Parochus faciat alij Sacerdoti, qui Episcopi iudicio nondum probatus est, ut sacramenta ministret.

53 Episcopi ea, quae de matrimonio Tridentina Synodo in reformatione matrimonijs, & his nostris constitutionibus decreta sunt, communi lingua divulganda curent; & omnibus suae Diocesis Parochis eorum exempla distribuant: ut illi singulis quibusvis tribus mensibus frequentissimo populo in Ecclesijs recitent, nisi aliud Episcopo videatur.

1. Ibidem.

54 Quae à Summis Pontificibus constitutiones, litterarum decretales ad Tridentinorum de matrimonij impedimentis decretorum declarationem editae sunt, eas cum à ceteris, tum à Parochis praecipue non ignorari oportet. Cui rei ut occurramus, illas typis impressas, una cum hoc libro Concilij Provincialis Quarti, in ultima parte edimus.

4. Ibidem.

55 Quibus matrimonij contracti in vno aliquo ex impedimentis, quibus illud contractu dirimitur, dispensatio à sancta Sede Apostolica, aut in foro conscientiae, aut in utroque foro delegata est; ij caueant, ut ad litterarum Apostolicarum praescriptum, illos, cum quibus dispensari concessum est, matrimonium iterum contrahere cogant.

Ibidem.

56 In dispensationibus matrimonialibus, dotis non competentis causa concessis, si modo eo loci, ubi mulier, de cuius matrimonio agitur, habitat, virum pari, equalique conditione non inueniri verè constet.

5. Ibidem.

stet.

Act, qui sibi cognationis, affinitatisue vinculo conuinctus non sit, progre diatur Episcopus ad exequendam eius generis dispensationem, etiam si in locis finitimis aliqui essent, qui nullo gradu cognationis, affinitatisue iuncti, eam cum exigua dote in matrimonium ducerent. Satis enim est, in eo municipio, locoue, ubi mulier est, diligentiam matrimonij contrahendi adhibitam esse.

57 Pro dispensationum matrimonialium executione, nihil quicquam prorsus muneris, premijue, etiam sponte oblato, ac ne pro labore quidem, qui in testibus ea causa examinandis, alijsue testificationibus excipiendis, ponitur, Episcopus, aut Vicarius eius capiat. Notarij vero pro examine testium, quartam dumtaxat partem aurei ad summum capiant licet.

Quae Titulo huic desunt ex ordine Conciliorum Provincialium videntur in titulo seq. & de Meretricibus. De Histrionibus, &c. De Immoderatis sumptibus. De Patribus familias, & Ludimagistris.

De Adulteris, Concubinarijs, Fornicarijs, eouē nomine suspectis: deque occasionibus eodem in genere peccandi tollendis.

S V M M A R I V M.

Concubinarij publici quando ad penitentiam, & communionem, admittendi.

- 1 Idem legitime admoniti, se non emendant, vi plectendi.
- 2 Utque contra eos ab Episcopo procedatur.
- 3 Clericorum Concubinariorum que pene. De Vita & hon. Cler. 106. Fornicarij notorij, quibus etiam panis subijciuntur. Ibid. 108. Concubinariorum nomina visitationis, tempore à Parocho exhibenda. De Visitacione, nu. 39. A Visitatoribus etiam inquirendum an iidem in Parochijs sint. Ibid. 25.
- 4 Ignotus homo, qui mulierem, sub aserto coniugis nomine secum duxerit, quo testimonio permittendus à Parocho in sua Parochia habitare.
- 5 Cohabitatio suspecta maris, & femine ab Episcopo, & Parocho prohibenda.
- 6 Peccandi occasionibus, & nocturnis excubijs ab eisdem prospiciendum.

[Conclu-



Oncubinarij, legitime admoniti, si concubinas non eiecerint, abduxerintque se omnino ab earum consuetudine; contra eos Episcopus, etiam Tridentini Concilij auctoritate, excommunicatione, tum alijs præterea pœnis feuerè agat.

2. Tit. I. d. c. c. 29.
Sess. 24. ca. 8. de refor.
6. Q. n. ad Matr. pert.

2. Graue concubinitus crimen est: propterea- que quàm ingens in eo funditus conuellendo sollicitudo, & quàm longè omnium diligentissima cura Episcopi esse debeat, cum Canonum leges, sacrique Oecumenici Concilij Tridentini decreta iubeant; tum verò Pij Quinti Pontificis Maximi Apostolica sanctio iam pridem edita perspicuè ostendit.

De Confit. nu. 11.

Qua sanctione sanctæ obedientiæ virtute illud iussum est, vt quæ contra Concubinariorum eiusdem Concilij Tridentini decretis constituta sunt, in ijs ipsis omnino, inuiolatèque exequendis, Episcopi in sua quisque Diocesi diligenter, sanctèque inuigilent: Deo, Romanoque Pontifici rationem reddituri, si in eo turpi crimine radicitus extirpando negligenter, aut remisse se gesserint. Quamobrem Episcopus, nemine etiam postulante, aut accusante, ex officio, sine strepitu, & forma iudicij, solaque facti veritate inspecta, contra istiusmodi Concubinariorum, cuiuscumque status, ordinis, dignitatisque illi sint, feuerè, agat: proindeque pœnis sacrorum Canonum iure, Summorum Pontificum Constitutionibus, Conciliorumque auctoritate sancitis, & alijs præterea etiam pecuniarijs, arbitrio suo, grauiter puniat. Quos autem ter admonitos in contumacia persistere animaduernerit, eos non solum alijs pœnis; sed excommunicatione etiam ex eodem decreto Tridentino afficiat.

Conc. Rom. sub. Nic. 1. in si. Conc. Lateranen. sub Leone X. sess. 9. de ref. curig, & aliorum, vers. Concubinarij.

3. Ne patiatur Parochus, quempiam cuiusuis gradus, & conditionis hominem, qui sibi ignotus, in suam Parochiam ab aliena Diocesi commigrat, cum muliere, quam secum coniugis nomine duxerit, in ea habitare, si modo vel ex infamia, vel alia legitima suspitione conijcere possit, illam habere in Concubinam: nisi Parochi, à cuius Parochia discessit, literis, certo præscripto tempore, testatum ille fecerit, sibi illam legitimo matrimonio iunctam esse. Quod testimonium scriptum ubi attulerit, id in vrbe Episcopo, in Diocesi Vicario foraneo exhibeat: qui si probandi vim illud habere perspexerit, à Parocho, in cuius Parochiæ fines is venit habitatum, illud, eiusuè exemplum in matrimoniorum Codice asseruari iubeat.

3. De ijs, quæ ad Matr. sacr. pert.

Si verò Vicarius foraneus de eo scripto aliquid habet, quod sibi difficultatem, accipitemque deliberandi curam afferat; illud ad Episcopum quàm diligentissimè mittat, vt eius iudicio declaretur, an illi fides adhi-

adhi-

adhibenda sit.

6. Quæ ad
Matr. pert.

4. Pastoribus non solum pericula propellenda sunt; sed etiam omnis periculosa peccandi occasio pro Pastoralis officij munere eripienda est. Quamobrem, cum quæ facile existere possent fornicationes, incestus, & flagitia, vniuersaque carnis vitia, re alia planè nulla facilius, quàm fuga, adiutrice in primis diuina gratia, superatur: Parochus, vt diligentissimè poterit, & Episcopus in primis, tum auctoritate sua, tum etiam si opus erit secularis magistratus ope implorata, id maximo pericuro curet, vt nè cum scemina, quocumque vel arctissima propinquitatis gradu coniuncta, mas simul cubet, etiam si ambo puerili ætate sunt; ita tamen grandiusculi, vt aliqua inde suspicio, periculum, occasioe impuri flagitij committendi existere possit.

Nec verò proprietatis, angustæ uè habitationis excusationi locus facile relinquitur, quo minùs illiusmodi impuritatium occasio omnis præcidatur; cum humi potius, atque adeò sub'edio iacere satius esset. Parochi autem tota hac de re officium intercedat, qui & consilium det, & opem præsentem, vt accuratissimè potest, tante impuritatis periculo præstet.

5. Eam ipsam curam Episcopus, & Parochus ponant in eripiendis morum corruptelis, flagitijs, peccatis, peccandive occasionibus, quæ grauissima cum Dei offensione existunt ex nocturnis illis excubijs, que rusticorum concursu, iuuenili turpium verborum licentia, & promiscua marium, sceminarumque turba hyeme in stabulis passim fieri solent.

De Meretricibus, & Lenonibus.

S V M M A R I V M.

- 1 Meretricium qualis amictus.
- 2 Tabernis meritorijs, quibusque cauponis illis interdicitur.
- 3 Iis certus, & remotus locus assignandus.
Quo assignato, illis domum locans, excommunicandus. 6.
Eas item in cauponis alens ad questum, vt puniatur. 7.
- 4 Ornatus omnis illis prohibetur.
- 5 Lenones exterminandi.



Meretrices ab honestis mulieribus omnino internoscantur, curent Episcopi, ut aliquem amictum palam induta sint, quo earum turpem conditionem, & vitam omnes notam habeant.

1. De Meretr. & Len.

Neve eisdem liceat, etiam si advenae sint, in meritorijs tabernis, vel publicis cauponis pernoctare, vel commorari, nisi itineris causa, idque unum diem tantum.

3. Curent etiam in vnaquaque Ciuitate locum eis adsignandum, ab hominum frequentia, & a maioribus Ecclesijs remotum, ubi omnes habitent ea lege; ut, si extra eius loci fines domum, eiusve partem conduxerint, vel in quacumq; domo quavis de causa amplius unum diem habitauerint, & ipsae, & domini; seu locatores seuerius puniantur. Quam rem quam primum efficiendam Principes, & magistratus pro sua pietate suscipient.

4. Ab ijs etiam petimus, ut huiusmodi impudicis mulieribus omnium gemmarum, auri, argenti, & serici usu interdiciant.

5. Omnesque qui lenocinio quaestum faciunt, ex suis finibus exterminent.

5. Quae ad Matr. pert.

6. Vbi certus locus meretricum habitationi praefinitus, constitutusq; est, cum extra eius fines eas habitare non liceat, si quis eniquam earum alio, quam praefinito eo loco, domum, domiciliumve, locarit, excommunicationis poena contra eum agatur.

7. Prostitutas feminas, meretricesve in cauponis, diuersorijs, ganeisque ad quaestum alere, cum id & graui Dei offensione, & magno animarum detrimento, & disciplinae Christianae iniuria fiat, hoc decreto prohibendum censuimus. Quare ne quisquam vel caupo, vel tabernarius, vel qui cenaculariam facit, illas in ipsis cauponis, ac diuersorijs habeat, alitve ad turpem quaestum.

Qui contra fecerit, post huius decreti promulgationem in eius Parochiali Ecclesia factam, tamquam is, qui in statu damnationis notorie versatur; praemissa monitione, interdicti poena afficiatur, & alijs praeterea etiam grauioribus arbitrato Episcopi.

De Histrionibus, Mimis, Circulatoribus, Tabernis meritorijs, & aleatoribus.

S U M M A R I U M.

1. Histriones, Mimi, Circulatores

& ejciendi: & eos recipientes puniendi. 2.

Circulatores

1. *Circulatores non permittendi in foris Ecclesiarum diuinorum officiorum tempore versari. De festorum dierum cultu. 13.*

2. *Ganeæ } tollenda.*

Tabernæ meritoria }

3. *Aleatores publici } grauitè puniendi.*

4. *Illisq; domum exponentes } grauitè puniendi.*

5. *Horum nomina, Visitationis tempore, deferenda.*

6. *Otia, vt tollenda.*

1. De Histrio
nib. &c.



1. *Et his etiam Principes, & Magistratus commendos esse duximus.*

2. *Vt histriones, & mimos, ceterosque circulatores, & eius generis perditos homines è suis finibus eijciant; & in caupones, & alios, qui cum que eos receperint, acriter animaduertant.*

3. *Vt ganeas, & tabernas meritorias, omnis nequitie sentinas, e Prouincia tollendas curent.*

4. *Quod, si quæ ferenda videbuntur, iubeant neminem in eis hospitio recipi; sed tantum vinum, & edulia venalia proponi.*

5. *Et, quoniam vsu compertum est, ex aleæ ludo sæpè furta, rapinas, fraudes, blasphemias, aliaque id generis flagitia proficisci, prohibeant taxillis, aut alea ludi; & grauitè in publicos aleatores, & in eos, qui huiusmodi ludis interfunt, qui in domum ad recipiendos ludentes expositam habent, animaduertant.*

2. De Visi.

6. *Talis, alea ludentium, aut istis domicilia exponendum.*

1. Ibidem.

7. *Maximè verò efficiant, vt bonis artibus, vel instituendis, vel renouandis, otia, quantum fieri poterit, è Ciuitatibus tollantur.*

De Cauponis, & Hospitatoribus.

S V M M A R I V M.

1. *Episcopus } has monitiones cauponi faciat.*

2. *Parochus } quosque eorum loco admittat.*

3. *Vt in caupona vestibulo, & cubiculis, sacra imago ponatur, & prohibita tollatur.*

4. *Nè lenones, meretrices, histriones, mimos, &c. diutius hospitari patiatur.*

- 5 Vt Ecclesiastici separatim excipiantur ab alijs.
 6 Vt hereticos denunciaret; & diebus ieiuniorum illis cibos veritos non
 prebeat.
 7 Vt mense benedici curet.
 8 Ne vivum, & mulierem simul cubare sinat.
 9 Vt Parochum certiorum faciat aegroti in hospitio existentis.
 10 Vt in reliquis Christiane se gerat.



Offensionibus, & peccatis, quæ in cauponis com-
 mitti solent, Pastoralis etiam cura, & officio oc-
 currendum est; vt ereptis corruptelis, salutariter
 consulatur vitæ Christianæ moribus. Quam-
 obrem, cum Episcopus, cuius officium est in om-
 nium cuiusvis generis hominum curam incum-
 bere; tum Parochus etiam, si quas, vel cauponas,

6. Quæ ad
 Matr. pert.

vel tabernas intrâ Parochiæ suæ fines habet, quàm sapissimè ijs, qui
 cauponariam, tabernariamve exercent monita proponat, quæ infrâ
 eorum vitæ Christianæ, Christianisque moribus præscribuntur ad eo-
 rum salutem procurandam.

1 Primum igitur caupo non solum familiæ suæ, sed etiam hospiti-
 bus peregrinis, alijsque, quos hospitio exceperit, & verbis, & vitæ exem-
 plis, & humanitatis officijs prodesse studeat; ita vt eius familia, quiq;
 in famulatu ipsius sunt, ceteris pietatis, castitatis, modestiæque specimè,
 atque iudicium dent. Proinde impudicos homines, eiusve infamiæ
 nota inquinatos, blasphemos, concubenarios, eiusve nomine suspectos,
 aleatores, publicosve lufores, & id generis nebulones, qui aduenas,
 atque hospites dolis, fallacijsque decipere solent, è familia, domoque
 sua eijciat: quorum loco in familia, famulatuque pios homines discipli-
 næ Christianæ studiosos habeat, qui aduenas ad orationem vesperti-
 nam inuitent: quam is domi suæ curet nullo vniquam pacto stata ho-
 ra prætermitti.

2 In cauponæ vestibulo, porticive, & in singulis præterea cubiculis
 sacram imaginem apponere nè omittat: profana autem omnia, ac tur-
 piter, obsecrè neque incripta, pictave, inde amoveat omninò.

3 Ne lenones, meretrices, histriones, mimos, & ceteros male condi-
 tionis homines, nugatoresve, apud se diutius hospitari patiatur.

4 Religiosos, & Ecclesiasticos homines ad se diuertentes separato,
 si commodè poterit, præsertim à foeminis hospitio, mensaque excipiat:
 in honore habeat, nec verbis, pactisque violari patiatur. Pauperibus
 rem se talem præstet, qualem se præbere Christianum hospitem decet.

5 Hereticos verò, si quos diuertisse animaduertet, illico denunciaret,

nec vllō pacto, feria sexta, & Sabbatho, alijs item p̄scriptis diebus vlli
vetitos cibos, quouis p̄textu p̄beat.

7 Mensē initio ab hospite, vel ab aliquo familiari benedici curet,
adhibita in fine etiam gratiarum actione.

8 Ne virum simul, & mulierem cubare sinat, quos suspicetur mari-
monio copulatos non esse.

9 Si quem, dū in caupona versatur, in febrim, morbumue incido-
re contigerit, de eius egritudine statim Parochum certiore faciat,
qui illū inuisit, & spiritualia remedia eidem quā primū adhibeat.

10 Caupo denique Christianus, itā in hospitij munere agat, vt equi-
tate, sinceritate, & charitate vtatur, & per opera iustitiæ progrediens,
damnationē aeternā fugiat, ac in aeterna tabernacula recipi mereatur.

De immoderatis sumptibus, luxuque, ac vano & superfluo ornatu coercendis.

S V M M A R I V M.

1 *Sumptus immoderati, quibus in rebus, magistratus opera, ioco-
cendi.*

Fucus

Cincinnati

Inaures

Caudatae vestes

Parochorum persuasionibus deponenda.

1. De Immo-
der. sumpt.
coerc.



1 *Iustitiam*, & locupletibus illud semper propo-
situm esse debet sancti Ioannis Apostoli, si quis
habuerit substantiam mundi huius, & viderit
fratrem suum necesse habere, & clausit vilce-
ra sua ab eo, quomodo charitas Dei manet in
illo? vnde facile intelligunt, quam facultates
suas ad pauperum difficultates, & necessitatem
subleuandam conferre debeant. Quamobrem magnopere cauendum
est, ne subsidia pauperum in superuacaneos sumptus, & inanes delicias
effundantur. Proinde admonemus, & enixè hortamur Principes, &
Magistratus, vt effusam impensam, & omnem intemperantiam, certis
legibus coercentes, modum statuunt non solum quotidianis epulis, at-
que conuiujs, verū etiam vestibus, equis, rhedis, famulis, alijsque non
necessarijs apparatus; & denique omni, & domestico, & externo
ornamento,

ornamento, & instrumento moderationem adhibeant. Qua pecuniae effatione sublata, innumerabilibus malis, quae inde ortum habent, occurreretur. Quod facilius etiam fiet, si principes ipsi, quorum mores, & vivendi rationem populi plerumque imitari solent, non modo leges proposuerint; sed etiam, quemadmodum legibus parendum sit, exemplo docuerint.

2 Parochi singuli, quam maximam possunt, in eo sollicitudinem, persuadendique studium adhibeant, ut omnem luxum, cincinnorum ornatum, in aures, quod signum diaboli sanctus Augustinus nominat, fucum, & vestes in primis, quas caudatas dicunt, Parochiae suae mulieres omnino deponant. Qua in re persuadenda argumentorum vim, rationumque momenta sibi comparent, cum lex sancti Ambrosij, Patris nostri, illarum luxum grauitet exagitantis, libris; tum ex sancti Chrysostomi, aliorumque Patrum monumentis, in primisque ex Homelia, quam eo de genere grauiissimam vit doctissimus, idemque religiosissimus, Iacobus Vitriacus S. R. E. Cardinalis olim habuit.

5. Quae ad Matr. pert.

Hoc autem omne usque adeo ab Ecclesia vetitum esse, ille ipse affirmat, ut si caudatae ad Ecclesiam accederent, sacrae communiae interdicerentur.

De Patribus familias, & Famulorum Dominis.

SUMMARIUM.

- 1 Patres familias Dominiq; quae curent in sua familia optime regenda.
- 2 Domesticae institutionis regulae populo à Parocho aliquando explicanda: quidque ab eodem cum officinarum dominis agendum. 4.
- 3 Eo in officio quid item à Concionatoribus, & Confessarijs praestandum. Patres familias hora ab Episcopo praescripta, domi cum sua familia orent. De oratione. 4.
- 5 Idem quando à Parocho in Ecclesia Parochialem conuocandi: quaeque illi tunc ab ipso edocendi. 6.
- 7 Patres familias Domini que quid à sua familia, famulisue praestari curent. Puerorum licentiae, qua ratione ab Episcopo occurrendum. De ludimagistris. 14.
- Famuli, filijque à parentibus & Dominis permittendi festis diebus Missae sacro interesse. De Missis sine cantu. 72.

3. De ijs, quę
ad Matr. sacr.
pert.



Icut vberissimum ab optima institutione premiū paterfamilias capiet, quicumque liberos, familiamque suam ad Dei cultum, & ad pietatis, Christianarumque virtutum disciplinam erudierit: itā quicumque debitum hoc paternę curę officium neglexerit, vel prætermiserit, is expectet, vt in die Domini sibi durissimum iudicium fiat.

De familię igitur suę salute in primis sollicitus, tum bonorum operum exemplo, tum crebris cohortationibus se ei magistrum præbeat, ac duce ad pię, sanctęque agendum.

Curet autem, vt nemo quisquam de familia sua sit, qui Christianę fidei rudimentis instructus non sit, siue filij, filięque sint, siue serui, & ancillę, siue alij in famulatu suo. Quam ob causam ad illius scholas, quos de familia sua rudes norit, conuenire iubeat; sique eam ampliorum habet, domi etiam instrui studeat; idque ad præscriptas interrogationes paruuli libri, eo nomine editi ad Prouincię vsum.

Vt stata hora, datis institutę orationis communis signis campanarum sono, illa omnis certo loco congregata, ad præscriptum temporis spacium, sanctę oret, & precetur.

Vt frequenter illa vniuersa confiteatur, & sacram Eucharistiam sumat.

Vt singulis diebus Missę sacrificio intersit; aut saltem in vigilijs, statis ieiuniorum temporibus, Quadragesimę diebus id præstet; festis autem diebus vt nē quis de sua familia interesse vllō modo omitat.

Vt festis præterea diebus ad sacras Conciones, lectiones, supplicationes, diuina officia, aliasque pietatis Christianę exercitationes conueniat.

Vt nē quis, ijs sacris diebus opus seruile faciat.

Vt vigilias, & quatuor Temporum, & Quadragesimę, & alia stata ieiunia illi in familia seruent, quibus Ecclesię præcepto iussum est.

Quo autem tempore, vel Iubilea celebrantur, vel supplicationes publicę processionibus fiunt, familiam sepe moneat, illis sanctis actionibus pię interesse.

Certis item piorum hominum instiuitis sodalitatibus vnquamque de familia sua adscribi admoneat; quo se quisque ardentiori studio exerceat in operibus pietatis.

Nē patiat in familia esse quempiam, qui blasphemus sit, qui peius; qui item corruptis moribus vtatur, qui obscenę quicquam, vel loquatur, vel agat, qui aleis ludat, qui denique ceteris turpis vitę exemplum præbeat.

De

De vitæ prætereâ spiritualis ratione, & pijs exercitationibus, aut de vitis sanctorum probatos, Sacerdotis Confessarij iudicio libros, in quorum lectione familia aliquâdo versetur, domum suam introducat, exclusis obscenè, turpiter, iocosè conscriptis, alijsque id generis libris, unde morum, institutionisque corruptela existere possit.

Vt autem in domesticæ disciplinæ, institutionisque officijs illa omnis accuratius se contineat; eam aliquando paterfamilias recognoscat, inspiciatque in primis, quæ vniuersæ suæ domus Christiana institutio, qui singulorum mores, quæ ad pietatis, vitæque spiritualis progressio.

Quicumque verò mercaturam, artemque aliquam exerceat, non domi solum; sed in suis officinis, & tabernis Christianæ vitæ rationes has operarijs, infistoribusve suis constituant.

2. Has domesticæ institutionis regulas Parochus per annum aliquando, prout è re esse viderit, frequenti populo explicet: tum sæpissimè, & publicis sermonibus, & priuatis colloquijs, patresfamilias, Parochiæ suæ incolas, id moneat, atque hortetur, vt quæ eorum propria officia sunt, & munera, in familiæ institutione ea præstare velint paternæ curæ studio.

3. Quod cohortationis officium etiam Concionatores, & Confessarij Sacerdotes quàm frequentissimè, prout opportunum esse censuerint, charitatis zelo præstent.

4. Parochus prætereâ, vbi aliquando in artificum, mercatorumve officinis, quæ intrâ fines Parochiæ suæ sunt, ab operarijs, alijsve, qui illic artem exercet, aliquid committi intellexerit, quod deprauatè, dissolutèque disciplinæ sit, quod offensionem in Parochia præbeat; quodque à Christianæ institutionis moribus alienum, id officinarum dominos admoneat, vt quicquid illis locis corruptelarum est, inde eripiatur.

5. Quò studiosus populus in officijs Christianæ pietatis instituatur; ex diuinæque legis præceptis institutum vitæ genus sequatur; id; Parochus præstet, vt aliquando incunte præsertim Aduentu, & Quadragesima, patresfamilias, suæ Parochiæ omnes, ad Ecclesiam Parochialem conuocet, hora, quam commodam is censuerit.

6. Qui in patrum familias conuentu, tum Constitutionem in Concilio tertio Prouinciali de patrum familias officio, familiæque institutione editam, de scripto legat, singulasque eius partes explicet; tum alia prætereâ doceat, quæ opportuna existimauerit, quibus illi se, familiamque suam in Christianæ vitæ disciplina conforment, ex præscripto etiam regularum, & institutionum, quæ eo nomine auctoritate nostra edentur.

7. Nulla est amplior hereditas, nec præclarior patrimonium, quod

Yy 2 parentes

4. Quæ pert.
ad Matr.

5. Quæ ad
Matr. pert.

parentes suis liberis relinquere, neque maius precium, honestioremque mercedem, quam domini ijs, qui sibi in seruitute operam dant, pro fidei eorum famulatu tribuere, ac persolvere possunt, quam si ediderint, ut boni Christiani eadant, quæ virtus omni terreno thesauro multo preciosior est censenda. Quamobrem qui in aliqua domo, atque familia duces sunt, curabunt diligenter, ut omnes, quicumque suo sub imperio, & ditione viuunt, ieiunia colant, diuini verbi prædicationem crebro audiant, sacramentis frequenter vtantur; & omnia demum veri Christiani officia exerceant: famulorum autem domini non solum diebus festis tantum eis liberi temporis concedere curent, ut eiusmodi officijs vacare possint, sed crebris item eos, ac paternis hortationibus excitare non desistant, nè in studio eiusmodi tam salutari, segriores, neque negligentiores existant: in quo si parentes ipsi, aut domini suo officio in his defuerint; proculdubio expectent fore, sibi ut ante seuerissimum Christi Domini tribunal culpæ tribuantur omnia, quæ liberi, vel famuli non commisissent, si suas illi partes, in hoc, alijsque eiusmodi decretis præscriptas, sibi que maximè debitas, præstitissent. Atque id quidem multò magis timendum illis erit, qui aliquo modo impedierint, quo minùs pia suprà scripta, & alia huiusmodi officia persoluantur: contra quos agat Episcopus pro culpæ ratione. Quod sequitur, vide in Tit. de Ludimag. Ibi. His temporibus.

De disciplina Christiana militum.

S Y M M A R I U M.

- 1 Militum Christianorum vita disciplina qualis: eaque in re quod Episcopi officium, cum illorum præfectis. 5.
- 2 Imago sacra in eorum stationis loco ponenda.
- 3 Sacerdos deligendus, cuius monitis, in militia spirituali se exerceant.
- 4 Ab obscænorum librorum lectione abstinentes, in quibus se occupent.
- 6 A quibus alijs abstineant.
- 7 Confratria inter ipsos milites instituenda.
- Milites à fide dissidentes, nè in hæc loca veniant Principum officina.
- De Hæreticis. 12.
- Vbi venerint, quid ab Episcopo curandum. Ibid. 13.



Christianorum militum disciplina his temporibus
eò prolapsa est, ut in multis Dei offensionibus,
quæ à militum corruptelis existunt, operapre-
tium etiam sit inuigilari Episcopalis monitis.

6. De discipli-
Christ. Militi-
um.

Vbi igitur militum præsidium constitutum est,
illud cum eorum ducibus, præfectisue Episcopus
studiosè, paternaque charitate agat, ut illi in mi-

litari statione constituti, piæ, Christianæque vitæ institutis congruenter
vivant; cum præsertim in militum Christianorum laude positum sit,
ut pietatem in primis, & religionem erga Deum obseruent, atq; colât.

Quod ergo ad pietatis vsum, atque officium attinet, id omne maxi-
mè curetur.

Ut Doctrinæ Christianæ rudimentis milites rectè instituantur.

Ut frequenti Sacræ, & Confessionis, & Communionis vsu se ad
benè viuendum communiant.

Ut quotidie & manè, & vesperi certa stata hora Deum præcentur.

Ut Rosario quotidiano Beatæ Mariæ Virginis, quod militibus bello
contrà Turcas suscepto olim præscriptum fuit, religiosè vtantur.

Ut singulis diebus mane in statione communi collecti litanias re-
citant.

2 Ut stationis loco sacram imaginem Beatæ Mariæ Virginis, aut San-
cti alicuius, quem Patronum sibi, atque intercessorem in cælis delegerint,
ob oculos propositum habeant.

3 Ut sacerdotem item habeant spiritualis vitæ amantem Episcopi
iudicio delectum, cuius monitis in militiæ spiritualis exercitationibus
cursum teneant.

4 Ut in otio militari à librorum obscenorum; quique Christianos
viros non decent, lectione abstineant; sed martyrum vitis legendis,
in quibus fortitudo, ac virus verè militaris elucet, totos sese occupent,
cum per occupationes militares possunt.

5 Illud verò etiam maximè Episcopus cum militum præfectis valdè
agat, ut ieiunia, & ciborum delectum ex præcepto Ecclesiæ seruent; à
blasphemijs omninò abstineant, quas radicitus extirpare ille omninò
conetur, cum militis Christiani officium proprium sit, etiam sanguinis
profusione tueri gloriam Dei, sine cuius diuina ope nihil reliquum
militi Christiano est, quod gloriosum esse possit.

6 Ut à furto, rapinisue abstineant, idque planè eis persuadeat, eius
generis criminibus perpetuam infamiam inuri militi.

Ut denique detractiones, mendacia, ingluuiem, aleam, luxuriam,
pompamque abhorreant; sed omnes virtutum Christianarum partes
exequantur, quæ cum in omni disciplina, tum in re militari splende-
scunt,

scunt, vtilitatesque vberrimas salutariter afferunt.

7. Atque ob has quidem causas inter illos pias Confratrias instituere. Episcopus curet.

De Vfuris, & Vfurariis.

SUMMARIUM.

- 1 Vtura delictum reprimitur.
- 2 Vtura in mutuo & Deposito. 5.
- 3 In Cambijs
- 4 In venditione, & emptione
- 5 In pignore
- 6 In societate
- 7 In foccidis animalium
- 8 In locationibus animalium
- 9 In contractibus libellarijs
- 10 Hi omnes vsturarij contractus irritantur.
- 11 Principes, Magistratusque ad compefcendas vstras, hortantur. Vsturarij quando ad communionem non admittendi. De sancta Eub. in Eccl. administ. nu. 11. Quando non absoluendi. De Confessario: nu. 16.
- 12 Vtura ficto meri depositi, & libera emptionis nomine, vetatur.
- 13 Vsturarius manifestus Ecclesiastice sepultus, & minime tradendus.
- 14 Quae sodalitates, & pia loca mutuo dare prohibentur. A montibus pietatis quid capi possit ratione mutui. De piorum locorum admin. nu. 68.
- 15 Vstras à montibus pietatis exigere vetitur. Decreta ad Montes pietatis spectantia obseruari mandatur. Vsturarei an adsint à Visitatoribus inquirendum: eorumque nomina. Parocho eidem significanda. De Visitazione. nu. 25.

I. De Vfur.

II



Suram ad perniciem populorum latius manantem pro nostri muneris cura reprimere cupientes, quaedam huius generis delicta ex factorum Canonum, & probatorum Patrum sententijs delegimus: quae quoniam frequentius in hac Prouincia committi animaduertimus, ea praecipue, ac nominatim prohibenda duximus, eo consilio, vt, si quis in alijs etiam eiusdem generis vetitis contractibus deliquerit, poenas à iure constitutas sibi subeundas esse intelligat.

Ex.

2 Ex mutuo vel depositis, etiam apud Iudaeum factis, nihil præter sortem à quouis homine percipi ex conuento, vel principaliter sperari possit; tam etsi pecuniæ ipsæ sint pupillorum, aut viduarum, aut locorum piorum, vel etiam dotales; nisi quatenus id iure nominatim permittatur.

Si quis oblatas re ipsa, loco, & tempore pecunias, etiam dotales, sibi debitas, accipere recusauerit; nihil præter sortem, etiam ratione dani emergentis; vel lucri cessantis, vel ex quacūq; alia causa accipere possit.

3 Ne fiant cambia, cum litteræ ad destinatum locum verè non mittuntur, & ibi non fit solutio; sed vno, & eodem loco pecunia datur, & recipitur; vel quando dantur, & accipiuntur pecuniæ cum eo pacto, ut habeatur recursus ad domum, vel ad respondentem dantis, aut accipientis, quod pactum vulgò vocatur *la ricorsa*: atque ità impensæ, aut alterius rei onus imponitur.

4 Nè cui liceat cum altero ità contrahere, ut is totam pecuniæ summam ei, qui dederit, soluat; cum ille partim pecuniæ dederit, partim nominibus, quæ difficilè exigi possint, vel in rebus pluris quàm valeant, æstimatis.

Ne cui, præsentem pecuniæ quærenti quidquam carius vendatur, ut statim ab venditore per se, vel per interpositam personam vilius ematur.

Nè quis rem aliquam, ob dilatam solutionem carius vendat iusto pretio.

Ne ob anticipatam solutionem res minoris ematur iusto pretio, uel solvatur minus, quàm debeatur.

Ne res vendatur, dilata in tempus solutione, ità, ut pretium quod interim rei accreuerit, venditori solvatur, si eiusdem periculo non sit diminutio.

5 Nè res modico pretio pignori detur, vel vendatur pacto redimendi intrà certum tempus; ut si ad dictum tempus redempta non sit, res libera sit emptoris uel eius, qui pignori accepit.

Ne frumentum, vinum, oleam, aliudquè detur, ut eo, quod datum est, aliquid amplius exigatur, siuè eiusdem generis, siue alterius quomodocumque etiam, si operæ sint.

Ne quis mutuo det frumentum, uel id genus aliud corruptum, ut tantumdem integri carioris reddatur; etiam si restitutio differatur in quodcumque tempus debitori commodum.

6 Ne in societate, in quam alter pecuniæ confert, alter operas; lucri distributio constituatur, nisi per quotas partes.

Nec ultra eas, certa pecuniarum summam, uel quid aliud conferantur pecuniæ, persolvatur.

Nec fiat pactio, ut fors salua sit; fructus uero communiter diuidantur:

7 In societate animalium, quæ inæstimata alicui dantur ad cultodiam, siue ut operas præstet, omnes casus etiam fortuiti, semper sint periculo eius, qui dederit; nisi id alterius socij dolo, vel magna negligentia accidisse constiterit.

Nec fiat pactum, ut fors sit semper salua, etiam ex primis fortibus. Neque quidpiam certum, præter sortem, ex fructibus animalium quotannis soluantur.

8 Et in locationibus animalium, quæ fiunt certo pretio, si illa absque dolo, aut negligentia eius, qui conduxit, deteriora fiant, id semper sit damno eius, qui locarit.

Si autem animalia dentur æstimata, ita, ut fors danti salua sit, nihil omnino percipi possit.

9 Nè fiant contractus, qui libellarij, seu ficti libellarij dicuntur, ubi non antecedit emptio certæ rei immobilis pretio iusto uel ubi uenditor redimere cogatur; uel ubi non possit redimere; nisi post certum tempus.

Vel ubi annuus census, ad cuius solutionem res obligatur superet æstimationem fructuum, quos ex ipsa re dominus solet, aut potest percipere.

Et si loco pecuniæ uinum, frumentum, uel quid aliud in singulos annos promittatur; illud ad pecuniæ, & iusti pretij rationem redigatur, pro consuetudine locorum.

10 Si qui autem in aliquo ex his casibus, aut alijs, qui usuram sapint, & à iure, ut iniqui, prohibentur, contraxerint, ipsi contractus etiam iureiurando muniti, nulli, irri, & inanes sint.

Contrahentes uero, tabelliones, qui instrumenta confecerint, proxenetae usurarium, aut lucri participes, ministrique omnes horum ceclerum & pœnis, iure statutis, & Ecclesiasticis censuris pnoiantur.

11 Hortamur uero Principes, & magistratus, ut ipsi etiam huius pesti, quibus maxime poterunt, remedijs occurrant.

2: Tit. I. dec.
19.

2 Superioris Prouincialis Concilij constitutione, etsi contractus depositi, ex quibus aliquid ultra sortem percipitur, tum reuenditionis, quæ modico pretio sit, adhibita redimendi pactio, tum alios prætereà quosdam contractus ex sacrorum Canonum iure, & probatorum patrum sententijs, tamquam manifestè usurarios improbanimus: tamè quoniam sæpe, ficto meri depositi, & liberæ emptionis nomine, quasi liciti contractus speciem, usuræ occultantur; idcirco, & cum eis qui eiusmodi contractuum, aliorumue speciei, qui uetiti sunt, usuram commiserint, & cum Notarijs, qui scientes rogati conscripserint, prout.

prout inris est; agatur.

13 Ne Parochi vsurarium manifestum, vt Gregorij X. Constitutione sancitum est, etiam si in testamento, aliaue quadam vltima voluntate ipse mandarit ea restitui, quæcumque vsuræ nomine accepit, in sepulturam Ecclesiasticam tradant; nisi pro eorum facultatibus, re ipsa illis satisfactum sit, à quibus vsuras exegerit; aut si ij absunt, Episcopo, Vicariouè eius, vel Parocho, intrà cuius Parochiæ fines ille, dum vixerat, habitarat, vel Notario publico de restitutione cautum sit pignoribus, aut idonea sponsonne facta. Qui verò Parochus id generis hominem sciens sepelierit; is nouerit se excommunicationis pena affectum esse, ex Clementis V. Cõstitutione, in Concilio Viennensi edita.

14 Episcopus id sedulo prohibeat, vt quæ fabricæ, Hospitalia, scholæ, & quæ alia cuiusuis generis pia loca instituta non sunt ad pecuniam mutuo dandã; eorum administratores nè vlla causæ specie cuiquam homini, nec etiam vniversitati loci, aut vicinij, dent mutuo.

Quod si ipsi administratores mutuo, vel dederint, vel quod grauius est, ab ijs locis sumpserint, ab earum administratione statim amou sint, indignique censeantur, qui per sex annos illorum, aliorumue piorum locorum administrationem gerant. Tùm etiam illorum Præfectus, quouis nomine vocetur, qui huic rei consenserit, excommunicationis poenam subeat.

15 Nè quisquam, pecuniam apud Montes pietatis deponat, vel eidem mutuo det, vt inde aliquid, nè minimum quidem lucri, aut eius, quod interest, nomine percipiat. Qui verò eo pacto quidquam ea causa perceperit, quod Montis pietatis pecuniam vel mutui, vel depositi nomine dederit; cum eo, tamquam cum vsurario homine agatur ad iuris præscriptum.

Quæ præterea de Montibus pietatis decreta superiori Concilio sunt, ea Episcopus obseruari curet, vel diligentissime: compellatque illorum institutiones sibi ab administratoribus ostendi, atque exhiberi.

De piorum locorum administratione.

S V M M A R I V M.

- 1 Hospitalia, aliaque loca pia, qua ratione administranda.
 - 2 Administratores ædificia ruinosa sarcienda curent.
 - 3 Onus impositum obeant.
 - 4 Hospitalitatem exerceant. Fructusq; veris pauperibus distribuât. 9.
- Et nè ea in re fraus fiat, quæ ratio ineunda. 10. 55.

Quæque

Ibidem.
Dec. 18. c. fin.
de Vsur, in 6.

2. Tit. 3. dec.
20.

Ibid, dec. 27.

- 5 *Quaeque alia ab eisdem praestanda. & nu. 6. post primum decretum.*
- 6 *Utque compellendi, si suo muneri defuerint.*
- 7 *Administratores, esse non possint illorum debitores.*
- 8 *Iidem, antequam munus suum exequantur, quod iuramentum praestent.*
- 11 *Male administrantes, ut puniendi.*
Quanto tempore eo in munere perseverent. 13.
- 12 *Administrationis rationem Episcopo reddant.*
Rationis eiusdem Codicum conscribendorum praescribenda formula. 14.
- 15 *Et quando ratio ipsa Episcopo reddenda.*
- 16 *Et a quibus eorum liberatio facienda.*
- 17 *Liber parandus in quo decreta in Capitulo confecta, referantur.*
- 18 *Liber alter, in quo, eodem in Capitulo proposita, tam deliberata, quam reiecta, notentur.*
- 19 *Liber alius, in quo legata, relicta, donataeque quaecumque ad pios usus registrantur, cum oneribus illis adiunctis. 62.*
Ad quorum onerum satisfactio ab Episcopo compellendi. 21.
- 20 *Libri eiusdem exemplum in Archiuum deferendum.*
- 22 *Libri eiusdem exemplum in Archiuum deferendum.*
- 22 *Legatorum, & onerum eorumdem tabella in loco Capitulari proponenda, & qualiter concipienda.*
- 23 *Administratores ipsi bona ipsorum piorum locorum non alienent. n. 21.*
Ab alijs alienata, & occupata, recuperent. 2. & Quae pert. ad bonorum, &c. nu. 12.
Recuperata, ad longum tempus non locent. Ibid. nu. 14.
Neque ipsi, per se, vel interpositas personas contendant. Ibid. nu. 26.
- 24 *Quomodo quaque cautione illa locanda. 25. in fi.*
- 25 *Quibus minimè locentur.*
Locatione ad longum tempus inita, qui modus seruandus, ut ipsorum bonorum memoria conseruetur. Quae pert. ad bonorum, &c. nu. 15.
Eaque facta pactionibus de praedijs melioribus reddendis, quam vim habeat. Ibid. nu. 16.
Eorundem bonorum omnium, tam mobilium, quam immobilium, inuentariumque & reddituum inuentarium conscribendum. Ibid. nu. 1. & 2.
Inuentarij ipsius exemplaria conscribenda, & ubi custodienda. Ibid. nu. 2.
Bona iurae piorum locorum usurpantes, excommunicantur. De heres. Iurisp. 10.
- 26 *Hospitalia, piaque alia loca, praesertim in quibus hospitalitas amittitur, & alia non exercentur, Episcopo per Praeueum deferenda.*
- 27 *Episcopi contra contumaces agentes, a Magistratibus non impediendi.*
Hospi-

- 28 Hospitalium nomine, cum eleemosyna queritur, quae servanda.
- 29 In hospitalibus mares à feminis separatim hospitent.
- 30 Hospitalia quibus mendicis non pateant.
- 31 Mendici verè egroti, certo in loco eleemosynis sustentandi.
- 32 In hospitalibus, locisque pijs, Doctrinae Christianae institutum intro-
ducendum.
- Hospitalium, piorum uè locorum sumptibus qui aluntur curatorib, in-
stantibus quales se praestent. supra nu. 6.
- 33 Hospitalarius qualis item sit.
- 34 Quae cauebit in hospitalitate.
- 35 Quae item curabit, inuestigabitque.
- 36 Hospitalium, in quibus infantes expositi aluntur, Curatores, quae cu-
rent, ut lac infantibus non desit.
- 37 Hospitalis, pijs, loci, origo, titulus, institutum, in tabella marmorea
incidantur, eaque, ubi ad perpetuitatem collocanda.
- 38 Institutio ad determinatum usum facta, ne usum in alium vertatur.
Hospitalia, aliaque pia loca, non instituta ad pecuniam mutuo dan-
dam, ne mutuent. De Vsuris, nu. 14.
- 39 Eleemosynis debitis erogandis consilium Parochi adhibendum.
- 40 Certi quoque viri ab Episcopo deligendi, quorum testimonio constet
de paupertate illorum, quibus eleemosynae erogandae sunt.
- 41 In pauperum delectu, quae ratio habenda.
- 42 Eleemosynae in quem alium usum non conuertenda.
- 43 Reliqua ad pios usus relicta, in alios etiam similes usus non auertan-
tur, sine Episcopi facultate.
- 44 Eleemosynae per capita, familias uè distribui solitae, veris pauperibus
distribuendae: nisi mens alia fuerit testatoris.
- 45 Poena contrafacientium.
Eleemosynam dantes, quae accipientes moneant. supra nu. 6. in fi.
- 46 Distributioni eleemosynarum, ut cõstet satisfactum, quae ratio ineunda.
- 47 Distributionis tẽpus, et ratio in certũ Codicem à Parocho referenda.
- 48 Distribuisse non ostendentes, ad satisfaciendum compellendi.
- 49 Parochi, quod officium in perquirendis eleemosynarum erogandarum
oneribus, in inquirendoque an erogatio ipsa integrè, sincerèque
facta sit.
- 50 Comestationes publicae in eleemosynis faciendis tollendae.
- 51 Eleemosynarum oblationibus faciendis Musica instrumenta non adhi-
benda.
- Eleemosynae à puellis quorum more minimè querenda.
- Eleemosynae ciborum, processiois tempore non distribuenda. De pro-
cession. nu. 30.

Elee-

- 52 *Eleemosynæ teſta facie non querenda ſine licentia, illaque qualiter concedenda.*
- 53 *Eleemoſynæ pro ijs, qui oſtiatim mendicare erubeſcant, quo tempore, & quibus in Eccleſijs colligende.*
- 54 *Collecta eleemoſynarum, quando, & ubi indicenda.*
- 55 *Eleemoſynarum collectas denunciandi quæ formula.*
Mendici vagantes, morbum ſimulantes, ut admittendi, & quando eſciendi. ſuprà nu. 30.
Mendici verè agroti, certo in loco eleemoſynis ſuſtentandi, ſuprà. 31.
De eorum vita ab Epifcopo inquirendum. De ſanctæ Euchari. in Eccl. admin. nu. 4.
- 56 *Mendici vagantes in certum librum à Parocho deſcribendi.*
- 57 *Quæque ab eiſdem Parochis circa illorum vitam obſeruanda, & inſtructionem Doctrinæ Chriſtianæ.*
- 58 *Legata pia non denuncianteſ Notarij quando excommunicati.*
- 59 *Decretum de Notarijs pia legata non denuncianteſ, quando publicandum.*
- 60 *Heredes, executores uè ultimarum voluntatum, piam teſtatoris voluntatem non explenteſ, per Epifcopum cogendi.*
- 61 *Viri duo in Parochijs deligendi, qui iura piarum cauſarum perſequantur.*
- 62 *Legata ad pios uſus in certum librum referenda. 19.*
- 63 *Legata alicui, ut pauperibus in eleemoſynam conferantur, quibus non diſtribuenda.*
- 64 *Legata ad certum uſum, in quem alium non diſpenſanda.*
Piarum voluntatum executio Epifcopo commiſſa; iſque quid propterea curet. De Cauſidicis, nu. 9.
Legatorum inquirendorum, præſtandorum uè, quæ Epifcopi cura. Quæ pert. ad bonorum, &c. nu. 33.
Legata præſtare debentium nomina in tabella redigenda. ibid.
Eaque ubi retinenda. Ibidem.
- 65 *Fabricis Eccleſiarum bona, cenſus uè pertinentia, in alios uſus non conuertenda.*
Fabricæ ne mutuò dent: quæque pœna mutuò dantur, ubi illarum inſtitutum non permittat. De Uſuris, nu. 14.
- 66 *Montes pietatis inſtituendi.*
- 67 *Ad quam rem adiuuandam Principes, & Magiſtratus hortantur.*
- 68 *Ab iſdem quid præter ſortem capi poſſit.*
Montibus pietatis mutuò ne detur, nihilque deponatur, pacto ali- quid percipiendi. De Uſuris, nu. 15.
Decreta ad montes pietatis pertinentia obſeruari præcipiuntur. Ibid.
U



T pia loca omnia fideliter, diligenterque administrantur, quæ sacrum Tridentinum Conciliū Episcoporum curæ, ac studio maximè commendaui, hæc mandamus, quæ illi ab omnibus seruanda curabunt.

1. de Piorum locorum admin. Sess. 7. c. 15, Sess. 25. c. 8.

Qui hospitalia, seu alia pia loca ad peregrinorum, infirmorum, senum, pauperum uè vsū præcipuè instituta, in commendam, administrationem, aut quæcumque titulum, aut Ecclesijs suis vnita, obtinent; domos, & ædificia horum locorum ruinosa, vel disiecta sarciant, & restituant.

Quæ ab alijs occupata, aut amissa, iniuste uè alienata sunt, recuperent.

3 Impositum illis onus, & officium omninò obeant.

4 Hospitalitatemque ex fructibus, illi muneri attributis, re ipsa exerceant.

5 Cæteraque omnia præstent, quæ à Viennensi, & Tridentino Concilio præscribuntur.

Clem. Quia d relig. dom. Sess. 25. ca. 8. & sess. 7. c. vlt.

6 Quod officium si moniti ab ordinario non fecerint, vel per Ecclesiasticas censuras, & alia iuris remedia ad sui muneris functionem compellantur; vel eiusdem Tridentini Concilij præscripto eos Episcopi ab illa administratione, curauè in perpetuum amoueant.

Quibus nullo modo condonent, aut remittant eos fructus, quos contra Hospitalium institutionem perceptos, in foro conscientie restituere tenentur.

6 Præfatis, rectoribus ministris, aut alijs quocumque nomine nuncupatis, fabricæ Ecclesiarum, fodalitatum, scholarum, & hospitalium, piorumque cuiusuis generis aliorum locorum curatoribus, etiam laicis hæc, præter illa superioribus Concilij edita, de ijs ipsis decreta præscribenda, & decernenda etiam censuimus.

4. Quæ ad loca pia pert.

Quicumque piorum locorum administrationem, procurationem uè suscipiunt, gerunt uè, illud in primis sapè meminisse debent, se pauperum, pupillorum, viduarum, senum, egestate, aut egritudine laborantium, peregrinorum, & aliorum id generis hominum, aliena ope egentium, prout propria vniuscuiusque loci instituta ratio est, curam sustinere, & illam quidem tanti esse, vt, cum potissimum Episcopo, tamquam communi omnium, & eorum præcipuè miserabilium hominū parenti, ea sacrosanctis Canonum legibus commissa sit; cum quicquid in illos, vel misericordie, vel beneficij, vel operæ, vel opis, vel officij confertur; quicquid uè rursus damni, detrimenti, iniuriæ uè inferatur; id omne Christus Dominus sapè in Euangelio demonstret, in se collatum, aut illatum esse; ac propterea se in die iudicij, prout benè illis factum,

Conc. Trid.
Sess. 25. ca. 8.
de refor.

factum, aut neglectum, ommissumue in eorum necessitatibus subleuandum erit, retributum. Quare primò ij valdè curent, vt omnibus suscepti muneris partibus satisfaciant: deinde videant, vt nihil quicquà à curâ, quam gerunt, ratione alienum, vilo modo, pactouè admittant: tum id sollicitè studeant, vt quæ officia illis pro administrationis susceptæ munere debent, ea obeant, atque ad eò præsent omni piæ charitatis affectu, ob oculos maximè in ijs ipsis proposito semper Christo Domino, cui illis, & alendis, & vestiendis cibum, potum, vestitum, aliamue curam, atque operam ministrant.

Non suis, sed eorum, quorum curam susceperunt, commodis atque utilitatibus seruiant.

Omnibus piè consulant, nec vllam partem pro susceptæ curationis, procurationisue officio negligant.

Munus quod gerunt, sæpè sibi proponant eiusmodi esse, in quo nõ profanæ cuiusquam administrationis, negotijue, sed sanctæ, spiritualisque actionis partes, atque officia, & Deo gratissima charitatis opera exequantur piè, religiosè, & quàm diligentissimè.

Cum capitula, congregationesue habent, tum initio, tum in fine sanctis precibus, & orationibus in libro officij beatissimæ Mariæ virginis, eo nomine præscriptis, vtantur.

Cùm verò aliquid aggrediuntur, quod ad curæ suæ rationes pertineat, initium à piâ oratione faciant, vt quod inchoatur, benè, salutariterque succedat.

Omni denique morum grauitate, vitæ integritate, pietatis religione, & spiritualium exercitationum, Episcopo probatarum quas inter se collegiatim præsent, studijs tales se præbeant, vt eorum locorum rectam administrationem, piamque institutionem non solum conferuent; sed optimis progressionibus, Deo auctore, adiuuent, atque amplificent.

Qui locorum piorum sumptibus gratis aluntur, curanturue, aut ad litterarum, aliarumue artium disciplinam instituuntur, ratio postulat, pietatis studijs, atque exercitationibus eos præ ceteris deditos esse, eorumque precibus animas illorum adiuuari, à quibus illud subsidij relictum est, ad eiusmodi pij institui sustentationem.

Quare illud eorum locorum curatores, vel præfectos, ac Sacerdotes, præsertim, qui in ijs spiritualem curam gerunt monemus, vt ab ijs, qui ibi aluntur, si legere norint, statas de beata Maria Virgine preces honorarias; si uerò rudes sint, saltem institutam illam certis salutationis angelice calculis, orandi rationem, scilicet de beata eadem virgine coronam in singulos dies piè præstari sedulò curent.

Qui præterea elemosynam dant; hoc illos, qui accipiunt, sæpè moneant;

neant; vt pro ijs, qui bona reliquerunt, piè precentur.

Id vero præsterat, cum in locis pijs, tum vbi cumque eleemosynarum distributio fit. Hoc sanè & Episcopo curæ sit item.

7 Qui pecuniam Ecclesijs, confraternitatibus, aut quibuscumque pijs locis debent, illorum procuratores, syndici, ministri esse, aut vllam denique eis officij, aut negotij partem administrare non possint.

1. Ibidem.

8 Administratores Ecclesiastici, vel laici piorum locorum, siuè Hospitalia, Montes pietatis, Confraternitates, Misericordiæ, Charitates, Consortia, Disciplinæ, siuè alio quocumque nomine nuncupata sint, qui nunc sunt, intrà tres menses; qui deinceps diligentur, antequam ad administrationem accedant, iurent se fideliter, & accuratè munus suum exequenturos.

9 Fructus, qui pauperibus addicti fuerint, veris pauperibus tantum distribuant, quemadmodum cuiusque inopia, & eius voluntas, à quo bona illa profecta sunt, postularit.

10 Qua in re, nè vlla fraus fieri possit, ineatur aliqua ratio, Episcopo probanda, qua ei constare possit, in quas personas fructus illi erogati fuerint.

11 Quos autem comperit Episcopus, vel iniquè distribuendo, vel in suum commodum vertendo, vel inutilibus, & superuacaneis sumptibus facien dis malè in administratione versari; eos pro modo culpæ puniat; & ad restitutionem legitimè compellat; & ab officio etiam, si ei videbitur amoueat.

12 Quod si contrà, quam à Tridentino Concilio decretum est, nè rationem administrationis reddant, tribunal Episcopi declinare voluerint; Ecclesiasticis poenis ab eodem coerceantur.

Sess. 22. c. 9.

13 Piorum locorum procuratores, ministri uè etiam inferiores, cauendum est, valde, nè diutius, quàm par est, in curatione, administratione uè, sibi commissà, perseverantes, rerum sibi arrogant imperium. Porro si aliàs idonei sunt ad alia munera eorundem locorum gerenda, eosdem transferri licebit, nisi ex illis sint, quos superioribus Concilijs certo tempore quibusdam muneribus vacare iustum est.

4. Ibidem.

Sess. 25. ca. 8. de refor.

At hoc curetur omninò, vt gestæ procurationis, administratiuè muneris rationes, sæpè, diligenterque reddant.

14 Quamobrem formula præscribatur, qua, & diaria, & codices rationum non coniectos, sed in ordinem, rectèque confectos teneant; vt inde facile ducatur omnis explicata ratio, tum accepti; tum expensi.

15 Episcopus verò, etiam ex Tridentini Concilij decreto, semel saltem in anno à quibuscumque hospitalium, confratrarum, & aliorum quorumcumque piorum locorum, etiam quæ merè laicalia, & priuata sunt, præfectis, curatoribus uè rationes administrationis, curatè repetere.

Sess. 22. c. 9.

tere.

tere nē omittant vllō modo.

6. Quæ ad
Confr. piarū
loca pert.
Sess. 2. cap. 9.

4. Ibidem.

16 Episcopus non solum, vt superioribus Concilijs cautum est, loco-
rum piorum administrationis rationibus interlit; sed etiam libera-
tioni illius administrationis. Quæ liberatio ab eorum locorum præ-
fectis solum nē fiat, sed præsentē, consentiente vō Epō, aliqui si fecis
fiet, rescissa sit, planēque nulla, ad Tridentini Concilij præscriptum.

17 Decreta, vel, quas vocant, ordinationum, in Capitulo confecta, in
librum præcipuum, Capitularium ordinationum nomine in scriptum;
omnes, ac singulæ à Cancellario diligenter, ordineque referantur;
Quibus ordinationibus manu, quorum id muneris est, ante Capitula
proximè futurum subscribatur.

Tūm præterea in hoc ipso Capitulo illæ ab eodem Cancellario de
libro ad verbum recitentur.

18 Codex item aliū paretur: in quo præcipuè notatis singulis die-
bus, ordine exscribantur, quæ in vnoquoque præfectorum, admini-
stratorum uē conuentu, Capitulouē proponuntur, aut aguntur: quæ-
que rursus propōsita, ac suffragijs permittā, reiecta sunt: vt quæ deli-
berata, quæque repulsa sint, facile omni tempore ex illius codicis mo-
nimentis constant.

19 Librum item præcipuum conficiant, & habeant, in quo cum om-
nia, singulaque annua legata, tum onera illis adiuncta, ordine, distin-
ctè, enucleatèque perscripta omninò sint.

20 Cuius libri exemplum, publici notarij manu signo, auctoritate-
que munitum, in Archiuum Episcopale, vbi alleructur, eodem spacio
deferant. Quod sanè omne deinceps, singulis annis perpetuò præsent
quod ad ea legata, onerave attinet, quæ ijs deinceps annis fieri contige-
rit, aut facta locum habere.

21 Episcopus autem omnes administratores piorum locorum, etiam
quouis nomine exemptorum, ac merè laicalium, & priuatorum com-
pellat omnibus iuris remedijs, ad singulorum onerum satisfactionē ijs
ipsis locis incumbendo: neque vllō prætextu patiantur, eorum prædia,
bonauē alienari contra summorū pontificum litteras, & sacros Cano-
nes, & Concilia etiam Prouincialia nostra, aut contra piam testato-
rum voluntatem, qui ea bona, ad certum illum pium vsū destinantur.

22 Tabellam item publicè propositam, quo loco in Capitulum con-
uenire solent, perpetuò habeant, in qua pro mensium ratione, proque
rerum genere, ex norma præscripta, ea ipsa & legata, & onera breuiter
dilucideque notata sint.

1. Ibidem.

23 Ijs, qui bona piorum locorum administrant, ea si mobilia sint,
vel pretiosa mobilia, vendere, permutare, in emphyteusim dare, aut
quouis modo alienare; nisi ijs seruatis, quæ à factis Canonibus requi-
runtur,

runtur, & ex consensu, atque auctoritate Episcopi, nullo modo liceat. Qui contrâfecerint, Episcopi arbitrio puniantur; &, quod actum est, irritum, ac nullum sit.

24 Piorum locorum bona administratorū arbitrio nē locētur; sed publicè locanda proponantur, facta omnibus conducendi potestate. *I. Ibidem.*

25 Quos pijs locis aliquid debere constiterit, ijs eorum locorum bona locari nē liceat.

Qui piorum locorum bona conducere voluerit, det idoneum fideiussorem, cū quo iure agi possit æquè, atque cū ipso principali conductore. Aliter facta locatio, & conductio irrita, ac nulla sit.

26 Vt autem hæc, cæteraque omnia, quæ Tridentina Synodus de Hospitalibus, & alijs pijs locis statuit, facilius Episcopi præstare possint; præcipimus Parochis, ut diligenter singula, quæ in Parochijs suis sint Hospitalia, & pia loca, eaque præsertim, in quibus re ipsa hospitalitas, ceterave administratorum munera non exerceantur; ad Episcopum quàm primùm deferant, cuius arbitrio Parochi huius officij prætermissi pœnas dabunt. *I. Ibidem.*

27 Rogamus autem principes, & magistratus omnes, ne Episcopos suo officio fungentes, & contrâ contumaces iure agentes impedian; sed ea, qua decet, pietate, eos omni ope, & auxilio iuuent. *Ibidem.*

28 In petendis eleemosynis, Hospitalium, & aliorum locorum piorū nomine, hæc præcipuè seruari iubemus.

Vt in illis Hospitalibus, & pijs locis re ipsa, quæ debetur hospitalitas, & opera exerceantur.

Vt ea loca sint in illa Diœcesi, in qua eleemosyna petenda sit; neque ad utilitatem eiusmodi locorum alienæ Diœcesis conuertatur.

Vt, qui petet, sit eiusdem Diœcesis.

Sit bonæ existimationis.

Non fuerit ex numero quæstorum, quos damnauit sancta Tridentina Synodus.

Illud officium gratis, uel constituta certa mercede præstet, nec ullo modo particeps sit eleemosynarum.

Ab Episcopo eiusdem Diœcesis scriptam licentiam, quotannis renouandam, impetrarit.

Qui contrâ, quàm hoc decreto sancitum est, petierit, ab Episcopo grauius puniatur.

Cui etiam curâ erit, ut quæ eleemosynæ collectæ fuerint, uerè in piū tantummodo eorum locorum vsum, quorum nomine petite fuerint, conferantur.

29.30 In Hospitalibus, pijsq; diuersorij, vbi hospitalitas exerceatur, mares cum foeminis, etiam specie matrimonij, nisi id certissimè constet,

stet, versari nē liceat: ne uē ea loca, quæ bonorum subsidio sunt addita, circulatoribus, aleatoribus, nebulonibus, & istiusmodi nequissimis hominibus pateant.

Mendici, morbum simulantes, moneantur, ut se in aliqua arte potius exercentes, in de sibi honestum vitæ subsidium comparent, quam ignauitæ, ac desiditæ dediti, ostiatim in triuijs, & in templis miserimē mendicent.

Si id recusauerint, curent Episcopi, ut eiiciantur; neque illis domorum hospitalium præterea aditus pateat.

31 Summoperè verò hortamur principes, & magistratus, reliquosque omnes Christi fideles, ut mendicos, verè egrotos, vnum in locum conducendos, ibique elemosynis sustentandos, studiosissimè curent.

3. De Scholis
Doctrin.
Christ.

32 Episcopus præterea eam inear rationem, ut & in hospitalibus, & in alijs pijs locis, vbi plures, vel mares, vel fœminæ curantur, aut aliantur, hoc tradendæ Doctrinæ Christianæ institutum introducant: quo illi pascantur hoc præterea spiritali cibo.

5. Quæ ad
Scholas, &c.

33 Charitatis, beneficentiæque omnibus officijs, quæ in proximos conferuntur, magnam cœlestis gloriæ mercedem propositam esse, sacra litteræ ostendunt; sed illa maximè Deo grata, atque accepta opera sunt, quibus benignè fit, ac succurritur egentissimis hominibus, ægrotis, ac peregrinis. Itaque ut quæ ad eam rationem pertinent, legibus, & sanctionibus communita, rectè obseruentur, hæc pro pastoralis curæ nostræ munere decernimus.

Primò hospitalarius, is uē, cui hospitalium ædium custodia committitur, vir sit, cuius fides, pietas, vitæ innocentia, sedulitas, charitas grauium virorum testimonio commendata sit.

34 Caueat nē à quoquam, cum hospitium ingreditur, aut, cum inde discedit, quicquam, uel minimum, ac nē spontè quidem oblatum, exigat, petat, accipiat uē.

Nē cum mendicis, qui ad quæstum omni simulandi arte utuntur, aliquam turpis lucri pactioem, pro ijs recipiendis inear.

35 Curet item nē quid peregrini, aduenæ, pauperes hospitio excepti contra Christianam pietatem, bonosque mores admittant.

Quinimò certam horam, tum manè, tum uesperis præscribet, qua, iētibus paruulæ campanæ datis, omnes simul aliquantisper orent.

Doctrinæ Christianæ institutionem introducat, qua præfinito aliquo temporis spacio erudiantur.

Si enim ijs ad corporis uictum, curamque benignè suppeditatur, illud etiam maximè curandum est, ut spirituale Doctrinæ Christianæ pabulum eisdem tribuatur.

Ne pueros unā cum adolescentibus, maioribusque natū in eodem lecto

lecto cubare permittat.

Neque item eos, qui integra valetudine sunt, cum ægrotis, aliquo morbo laborantibus.

Qui autem integra sunt valetudine, nè diutius triduo in hospitiò morentur; nisi aliter ex ipsius hospitalis instituto permittatur.

At, cum eosdem paucis post diebus redire animaduernerit, inuestigat diligenter, quousque iter fecerint: ac sedulo uideat, nè ij modo ad hoc, modo ad illud hospitale domicilium diuertentes, se peregrinos fingant, de urbe, oppidove tamen uerè non exeant, turpi quæstui, atque etiam aleis, multisque alijs flagitijs operam dantes, quod aliquando euenire compertum est, studiosè Episcopus curet, ut in ædibus hospitalibus, quæ unionis, ut uocant, iure, alij domui hospitali adiunctæ sunt, ubi longo temporis spacio hospitalitas intermissa est, quàm primùm restituantur, ut iuris est.

36 Hospitalium locorum, ubi infantes expositi aluntur, curatores, præfective caueant, ut illos lactentes nutricibus, quas eo nomine conduxerint, plures non assignent, quàm earum unaquaque lacte suo alere possit, nè ob hanc culpam plerosque illorum fame necari contingat. Quamobrem, quot ad lactandi usum nutricibus opus habent, totidem sanè sollicitè conquirant, & conducant. Si hæc non possunt alia omni ratione prospiciant, ut lactentium puerorum uitæ succurratur.

37 Cum ad pia instituta perpetuò retinenda, rectèque exequenda plurimum proficit eorum monumentum, ad posteritatem firmiter proditum; Episcopi ea cura sit, ut cum vel in vrbe, uel in Diocesi locus aliquis pius exædificatur, aut instituitur; illius origo, institutum, titulus, & alia eiusdem generis, quæ opportuna censuerit, in marmore, lapide uel solido, aut in tabula ænea incisa, loco eiusdem ædificationis illustri collocata, ad perpetuitatem prodita extent, sicut in non nullis huius Provincie locis aliqua huius generis adhuc cernuntur: idque ipsum præterea in locis pijs, iam exædificatis, institutisue, ubi commodè potest, effici, ac præstari curet.

38 Vbi uel foundationis iure, uel alio probato instituto hospiales aedes, locave pia aliqua ad pauperes, aut peregrinos, aut senes certosue alios id generis homines hospitiò excipiendos, alendosue extant, Episcopus, cuius potissimum est curare, atque adeo efficere ut piæ hominũ uoluntates ad eorum præscriptum rectam executionem habeant, uideat, agatque, ut ne ab ijs locis per illorum curatores, præfectos, ministrosue, ij, quorum causa illa exædificata, institutave sunt, repellantur, si illos recipi per facultates licet: ac nè rursus alij hospitiò excipiantur, qui excipi non deberent: utque in ceteris etiam ab hospitalium, piorumue locorum institutione discedatur, neque contrà fiat, quàm de il-

lorum curatione, administratione à testatoribus, aut ab alijs, qui illa instituerunt, præscriptum est.

4. Ibidem.

39 Illud interdum, prout usu venerit, ab Episcopo moneantur, qui elemosynam erogare, quouis modo, aut nomine debent, ut sibi in ea erogatione Parochi in primis testimonium, consiliumque adhibere studeant, quò melius consultum sit, ac prospectum conscientia suæ, cum ille pauperum, & egentium notitiam magis exploratam habeat.

40 Tum verò quibus locis ita opus esse Episcopus censuerit, præsertim ubi compererint in distributionibus elemosynarum quicquam peccatum esse, vel quia non uerè pauperibus distributio fit, uel alias minus fideliter, uel non ad præscriptum piæ testatorum uoluntatis; consistuat etiam, uel Parochum, uel pios aliquos ex uicinia illa, uel Parochia laicos, quorum testimonio de paupertate illorum, quibus erogandæ sunt elemosynæ; constet, antequàm ab illis, quorum id cura est, distribuatur, uel aliàs id generis certas regulas, quibus caueatur ab eiusmodi erroribus, in posterum præscribat in distributione seruandas ab illis locis pijs, etiam quæ merè laicalia sint, ac priuata, aut quouis ratione ab Episcopo exempta.

41 In pauperum delectu non egestatis, inopiæq; solum, sed morum etiã, ac uitæ probitatis ratio habeatur. Quo in genere hæc præter cetera de illis inuestigentur, an scilicet Doctrinæ Christianæ scholas frequentent; an fidei rudimenta teneant; anq; religiosè, & piè uiuant.

42 Quæ potrò elemosynæ pauperibus, aut singulis etiam suè hominibus, tuè familijs quouis ratione debeantur, nè in alium cuiuscumq; rei usum, ac nè in Ecclesiæ quidem instaurationem, ornatumue eas erogari liceat, nisi, & eorum, quorum interest, consensu, & Episcopi præterea concessu, eoque litteris exarato.

Scff. 25. c. 4.
& 8. de ref.

Scff. 22. c. 6.

43 Quæcumq; item, quæ ad certos pios usus relicta ab alijs etiam, à piorum locorum administratoribus persolui, aut præstari debent, in alios etiam similes usus, nè necessitatis quidem prætextu, etiam si testatoris hæredes, quicumque sint, ei rei assentiantur; nisi Episcopus respecta, eam præstiterit facultatem, quæ iure permittendi ab eo dari poterit, illius permutationis causa.

44 Quæcumq; elemosynæ nomine indistinctè per capita, familiasue, distribuuntur, ex deinceps in illos tantum, qui in ijs uerè pauperes sunt, conferantur; nisi ex testamento, fundationisue tabulis, aut aliunde legitimè Episcopo constiterit, illis etiam, paupertate non laborantibus, indistinctè distribuenda esse.

45 Qui aliter distribuerit, ei pœna sit, dupli restitutio, grauiorue arbitrio Episcopi.

46 Vt pijs uniuscuiusque generis distributionibus, quas in urbe, & in Diœcesi, uel ex ultima uoluntate, uel ex consuetudine, alia uè ratione quis præstare debet, satisfactum esse Episcopo constet, prout Concilio primo Prouinciali per nos decretum est; eam rationem is adhibeat, ubi expedire censuerit, ut quod, uel ab uniueritatibus, uel à sodalitijs, pijs uè locis quibuscumque etiam merè laicalibus, & priuatis quouis modo, uel à quouis homine eleemosynæ nomine, aut aliàs piè erogandum, distribuendumque est, quicquid illud sit, adhibitis etiam duobus iuris, per uniueritates delectis, suo, uel in Diœcesi Vicarij foranei iudicio probatis, & Parocho item in opera pietatis præscripta, erogetur, & conferatur.

47 Parochus autem in Codicem certū referat, quæ eiusmodi distributiones, quo die, & quibus adhibitis factæ sint: eorumque & testium subscriptionem adhibere curet.

48 Si uerò, uel uniuerfitas, uel quispiam se neque hac, neque alia ratione distribuisse, Episcopo legitime ostenderit, ad satisfaciendum ab eodem compellatur.

49 Parochus, tamquam Parochiæ suæ pauperum pater, sepe paternè, diligenterque perquirat, primum, an si quæ in Parochialis suæ uicinie finibus eleemosynæ sint, quæ, uel à piorum locorum curatoribus, uel ab aliquo Collegio, uniueritate uè, uel ab ulla familia, uel à singulis hominibus in pauperum usum aut sustentationem erogari quouis nomine debeant: præterea uideat an illarum erogatio fiat, in eos ipsos, qui uerè egentes, pauperesque sunt; anq; & illud, quod, quale uè eleemosynæ nomine in illos conferri debet, integrè, sincereque totum conferatur, erogetur, ac distribuatur.

Si quid uerò animaduernerit, cui cautionem, remedium uè adhiberi oporteat, ad Episcopum quam primum deferat.

50 Curent Episcopi, ut retento piè eleemosynæ instituto, tollantur publicæ illæ commensationes, cæteraque huius generis, quæ à sodalitatibus, quas confratrias, uel confraternitates uocant; præsertim intrâ ambitum Ecclesiarum die Pentecostes, & die Cœnæ Domini, ac certis alijs solemnibus festis diebus, pietatis specie fieri solent, non sine bonorum offensione, proposita pœna suo arbitratu.

1. Ibidem.

51 Illud interdicit Episcopus nè in ullis eleemosynarum oblationibus quæ cuius Ecclesiæ sunt, musica instrumenta, organo excepto, in Ecclesiâ adhibeantur; ne uè alia fiant, uel gerantur, que domo Dei indigna sint. Nè item puellæ eleemosynas Ecclesiarum, aut Ecclesiasticorum hominum nomine queritent, id quod non sine earum pudicitie discrimine quibusdam in locis introductum erat.

2. Tit. 2. dec.

24.

52 Nemo aperta, obuolutaque præ pudore facie eleemosynam sine

4. Ibidem.

Episcopi, aut si in Diœcesi, saltem Vicarij foranei, concessu, eoque scriptis exarato, quaeritet. Nec verò eam facultatem cui quam Episcopus, Vicariusue det, nisi illius & egestatem, & morum, vitæque rationem, antè planè notam exploratamque habuerit.

53 Primo quoque dominico mensis, aliouè die, quem Episcopus itaauerit, in omni Ecclesia Cathedrali, & Parochiali, etiam si regularis sit, vt egentium, qui praesertim praepudore ostiatim mendicare, eleemosynamve quaeritate non audent, necessitati, pia fidelium liberalitate succurratur à locupletibus Parochiae incolis, cæterisque, vt antiquè consuetudinis est, aliquid per eos colligatur, quos huic curæ Episcopus praeposuerit.

Quæ eleemosynarum collectio, singulis etiam statis quattuor anni temporibus, quibus in hoc opere misericordiae promptius, impensiusque incumbendum est, per eosdem fiat.

54 Dominica verò proximè praecedenti quo fideles, & in dando effusiores sint, & paratiores ad Parochialem Ecclesiam cum voluntarijs oblationibus veniant, eleemosynarum collecta intra Missarum solemnia indicatur, sequenti verborum formula ex Sanctissimi Leonis Pontificis sermonibus desumpta.

In eandem verò sententiam Parochus, prout vsu venerit, vberius cum populo aget.

4 Formula denunciandi collectas eleemosynarum.

55 Ventura Dominica dies, vel feria quarta quattuor temporum, dilectissimi, Collectarum futura est. Hortor, & moneo charitatem vestram, vt omnes ad Ecclesiam Parochialem cum voluntarijs oblationibus eleemosynarum conueniatis: in quo opere, etsi non est omnium æqualis facultas, debet esse par pietas. Itaque & anime vestre, & pauperum memores, promptam exhibete largitatem, & pro possibilitate virium vestrarum, spontaneas Collectas vestras sollicitè preparate, vt quicquid vobis de temporalibus facultatibus dempseritis, id multiplicatum in æterna retributione sumatis, in egentibus pascentes Christum, qui nobis illos tantoperè commendauit, vt se in ipsis, & pasci, & vestiri, & suscipi testaretur idem Christus Dominus, qui cum patre, & spiritu sancto uiuit, & regnat in secula seculorum Amen.

4. Ibidem.

56 Vbi mendicorum uagantium, & curæ spirituali, & uictui necessario ita consultum non est, ut certo scilicet quodam pio loco collecti, non mendicatum uictum sibi quaeritent, sed ex aliena misericordia ibi habeant, unde se sustentent: Episcopus, quod Concilio Provinciali secundo de eorundem vita, moribusque praescriptum est, in eo exequendo illam mirè rationem curet, vt certo praecipuo libro per singulos Parochos illi, si qui eiusmodi intra Parochiae fines sunt; tum alij etiam, alia ratione accuratè, ordinèque describantur.

Hæc

37 Hæc verò sedulo ab iisdem Parochis obseruari mandet.
 Quò, aut vnde illi migrent.

Quod vitæ Christianæ institutum teneant.

An fidei rudimenta norint.

An diebus festis saltem Missæ sacrificio intersint.

An sæpè confessi, crebrò, & per annum, aut certè saltem constituto
 Paschæ tempore, sacram eucharistiam sumant.

Quos neque libro descriptos, neque in Pascha confessos commu-
 nicasse ex eo animaduertent, quòd certum chirographum non ostē-
 dant, quo se confessos, & sacram communionem sumpsisse testatum
 faciant, nè pro Parochialis Ecclesiæ suæ foribus, nec intrà Parochiæ fi-
 nes eos mendicare Parochi permittant, omnemque propterea cautio-
 nem, quantum in se est, adhibeant.

Quos doctrinæ Christianæ rudes, mendicos vagantes uiderint, fe-
 stis diebus stata hora ad eiusdem doctrinæ scholas conuenire diligen-
 ter curent, eosdemque instruant.

38 Pœnam excommunicationis eo ipso habendam proponimus 1. Ibidem.

notarijs, scribisque omnibus, qui testamenta, codicillos, aliasve tabu-
 las de legatis ad pias causas, de rebus, quæ pro malè partis, vel furto
 ablatis relicte sunt, quas ipsi rogati conscripserint, aut ab alijs scriptas
 apud se habeat: nisi ad tres menses Episcopo id significauerint; ijs uerò,
 qui post hac eius generis negotia scripserint, nisi intrà mensem, cuius
 initium fiat à morte testatoris, eidem Episcopo rem notam fecerint;
 eamque particulam de legatis, uel relictis rebus descriptam, & auctori-
 tate publica munitam, debita mercede accepta, illi tradiderint. Quæ
 omnia sic agantur, nisi iustum intercesserit impedimentum; quo sub-
 lato, ea, quæ suprà scripta sunt, notarij exequantur.

Decretum autem hoc nostrum bis quotannis ab omnibus Parochis
 populo sibi commisso, recitari uolumus.

Ne notarij, qui testamenta, codicillos, aliasue tabulas de rebus quæ 2: Tit. 3. dec.
 piarum causarum nomine legatæ, relicteque sunt, uel ipsi rogati conscri- 17.
 pserint, uel ab alijs conscriptas apud se habent, magnos nimis labores
 in ijs omnibus conquirendis sustineant; neue si id quod ipsis supe-
 riori Concilio præscriptum est, cõmisserint; excommunicationem eo-
 dem Concilio propositam subeant; idcirco illam sanctionem, piarum
 causarum nomine à nobis editam, ita interpretamur, ac moderamur,
 quò faciliorem etiam executionem illa habeat.

Quicumque Notarij sciunt se rogatos, testamenta, aliasue ulti-
 me uoluntatis tabulas, de rebus piarum causarum nomine relictis, con-
 fecisse; nisi sex mensium spacio, postquam testatoris mortem scierint,
 illa Episcopo significarint, quæcumque in ipsis tabulis à se conscri-

pis legata pia facta sint; ij, excommunicationis pœnam ipso iure incurrant.

Qui verò in posterum eius generis tabulas, testamentauè scripserint, eandem pœnam ipso facto subeant; nisi tribus post mensibus, quam testatoris mortem cognouerint, pia legata, relictæ, Episcopo denunciarint. Hoc autem de sex, & trium mensium spacio decretum, vintantum habere statuimus, cum primùm Cōcilium hoc in lucem emissum erit, ac promulgatum.

Vt autem Notariorum, qui iam mortem obierunt, exemplaria, & quæuis alia scripta, quibus res piarum causarum nomine relictæ, aut legatae, notatæ, ac descriptæ sunt, conquiri possint; Episcopus propofitis etiam pœnis, & censuris, eam, quæ sibi facilior videbitur, in eat rei perficiendæ rationem.

Qui Notarij præterea ex superioris Concilij decreto excommunicationem subierint, Episcopus eos absolutionem humiliter petentes, & censuris absoluat; si modo ipsius Episcopi arbitratu ante satisfecerint, ad decreti huius præscriptum.

3. De ijs, que ad bon. Eccl. pert.

59 De Notarijs legata pia non denunciantibus, decretum in altera Prouinciali Synodo editum, quotaanis die Dominico Aduentus ultimo, & Quadragesimæ secundo, in unaquaque Parochiali Ecclesia promulgetur.

2. Tit. 3. dec. 16.

Sess. 22. ca. 8.

60 Hæres, vltimarumque voluntatum exequutor, si quæ piarum causarum nomine legata, relictæ sunt; ea anni spacio ad summum, aut tempore ab ipso testatore præscripto, non præstiterit, ab Episcopo, vt ratio iuris postulat, pœnis ipso iure cōstitutis, omninò cogatur piam testatoris voluntatem explere.

Nec verò præscriptum illud, vel à iure, vel à testatore tempus, ab Episcopo prorogetur, nisi sibi constiterit, quæ earum causarum nomine relictæ, aut legata sunt, verè præstari non potuisse.

61 Episcopus verò in Parochijs, vbi opus erit, duos probatæ vitæ homines, pietatis amantes, & auctoritate præditos deligat, quorum opera, studio, atque adiumento ad piorum locorum, piarumque causarum iura persequenda vtatur quò ad expedire visum sibi erit.

3. Ibidem.

62 Quæcumque verò ad pios vsus, vel legata, vel relictæ, vel donata sunt; ea sibi iam denunciata, aut alio modo cognita, Episcopus trium mensium spacio in librum certum ordine referri curet. Quo præterea libro quàm primùm eiusdem iussu notentur, quæ deinceps quouis modo scient, ad eos vsus legata, donatæ.

Sess. 22. c. 8.
Clem. Quia contingit, de relig. domib.

63 Testatorium piæ uoluntati nè fraus fiat, Episcopalis curæ est, quæ mobrem, quæcumque uel res uel pecunia, cui piam Sacerdotum conuentui, uel alij cuiquam homini, legata eo noie est, ut pauperibus in elemosynam.

mosynam conferatur; ea neque tota, nec verò pars cuiquam eiusdem conuentus Sacerdoti, neque vniuerso etiam illorum conuentui, nec ab illo sibi ipsi, nè paupertatis quidem causa, vel vlla egestatis specie distribuatur, nisi huic rei facultate ab Episcopo, eaque scriptis data.

64 Quæ legati nomine relicta sunt, certo pio vsui, ea nè necessitatis quidem causa, nec verò hæredum eius, qui reliquerit, consensu, ad alterius rei, quæ æquè item pia sit, vsum conuertantur: nisi Episcopus, re tota primùm cognita, illius commutationis potestatem fecerit, quæ iuris permittit ab eo fieri possit.

65 Prohibeat Episcopus, nè bona, census, prouentus, aliaque eius generis, quæ ad Ecclesiarum fabricas quauis ratione pertinent, ab earum præfectis, aut ministris ad alios vsus auertantur, quàm institutum est, aut certè debent: Idem præterea, ex Tridentini Concilij præscripto, fabricarum redditus in vsus Ecclesiæ necessarios, atque vtilis, vt expedire magis visum fuerit, erogari curet.

2. Tit. 3. dec. 18.

Seff. 22. c. 9. de refor.

66 Episcopi omnem curam, & operam suam conferant ad erigenda, & instituenda ex auctoritate Summi Pontificis loca pia, quæ Montes pietatis appellantur, in singulis Ciuitatibus, & insignioribus oppidis; vnde mutuas pecunias pauperes possint accipere. Eaque, & quæ iam constituta sunt, studiosè, & fideliter administranda curent.

1. De Piorū loc. admin.

67 Principes autem, & Magistratus obsecramus, in ea re Episcoporum studium, & diligentiam omni ope adiuuent.

68 Nec in eis quidquam præter sortem, nisi pro ministris, & alijs necessarijs sumptibus; idq; ex Summi Pontificis auctoritate, accipiatur.

Quæcumque huic titulo defuerint, aliqua tamen ratione pertinere poterunt, videantur in tit. Quæ pertinent ad honorem, &c.

Quæ ad Sodalitates pertinent.

S V M M A R I V M.

- 1 Sodalitates disciplinatorum instituendæ; institutæque Indulgentiarum à Gregorio XIII. concessarum promulgatione adiuuandæ.
 - 2 Dies certus præscribendus, quo sodales confessi communionem sumant.
 - 3 Institutio sodalitarum Apostolica, vel ordinaria auctoritate faciendæ.
 - 4 Sodalitates ab Episcopo visitandæ: quidq; in ea visitatione agendum.
 - 5 Sodales ad publicas processiones accedant.
- In priuatis processionibus Sacerdotem præeuntem adhibeant. 16.
Quas tamen noctu non obeant absque licentia: eoque in casu mulieres non intersint. 26.*

Iidem.

- 6 *Iidem utantur regula Metropolitanæ iussu edenda.*
 7 *Contumaces, ut puniendi.*
Nè nutuo non dent pecuniam, si suum id non tolerat institutum. De Usur. nu. 14
 8 *Neque Indulgentias publicent. De Indulgentijs, nu. 8.*
 9 *Neque sibi inuicem thurificationem benedictionemue adhibeant.*
 10 *Confratrie, qui non adscribendi: & qui adscripti, eijciendi.*
 11 *Amictus à quo ipsis Confratribus dandus.*
 12 *Vbi is aseruandus: & cui dimittendus.*
 13 *Confratres de quibus non colloquantur.*
 14 *Quæ legere prohibentur.*
 15 *Vesperts in Ecclesia non absolutis, in suis Oratorijs officia non recitent.*
 16 *Neque dum Christianæ Doctrinæ institutio exercetur.*
 17 *Confratribus arma ad oratorium deferre prohibetur, & quibus conceditur.*
 18 *Confratriarum in Oratorijs, quæ cadauera sepelire non liceat.*
 19 *Confratribus eleemosynam querere absque licentia interdicitur.*
 20 *Officiales, Parocho assistente creandi: & quid iurent, quæque presentent.*
Quanto tempore eo in officio perseuerent. De Piorum locorum administr. nu. 13.
Quando, & cui rationem reddant. Ibid. nu. 13. 14. 15.
A quo, rationibus redditis, liberationem obtineant. Ibid. nu. 16.
Bonorum omnium, quæ possident Inuentarium faciant. Ibid. nu. 1.
Eiusdemque Inuentarij quot exempla conficiant, & ubi custodiant. Ibid. nu. 2.
Bona ipsa non alienent; & si alienata, recuperent. Ibidem, nume. 20. 21. & 23.
Nullo modo ipsi conducant. Quæ pert. ad bonorum, &c. nu. 26.
Quibus, & quomodo locent. De piorum locorum adm. nu. 23. 24. 25.
Vbi ex ipsorum bonorum oneribus ad eleemosynarum distributionem teneantur, quibus, & quorum consilio illas distribuunt; & in quos alios vsus non conuertant; quæque alia eius distributionis causa fuerint, & caueant. Ibid. à nu. 46. ad 52.
Legata, in certum librum referant: Eorundemque legatorum debitorum in tabellam redigant. Ibid. 62.
Quæ legata in alium, quàm designatum vsus non conuertant. Ibidem. 63. 64.
Sodalitas fraternæ correctionis instituenda, certis illi præscriptis regulis.

Sodalitas nominis Dei instituenda. De blasphemia nu. 9.

Sodalitates Doctrinae Christianae, ubi erigenda. De fid. init. à Pavocho trad. nu. 2. 4. 6.

22 Sodalitates Virginum sanctae Ursulae, & Viduarum sanctae Annae, erigenda.

23 Sodalitas pacis, ad inimicitias tollendas, constituenda.

24 Confratrie unicuique Sacerdos ab Episcopo constituendus, & de eius vita, & officio.

25 Confratria locum digniorem, quae obtinere debent.

27 Decreta Provincialia ad Sodalitates, Confratriasue pertinentia, per Episcopum executioni demandanda.

Confratres laici, mortuo officium sepulturae non praesent.



Vò maior in dies ad Christianae pietatis studium progressus sit fidelium; id curet Episcopus, ut cum disciplinatorum, poenitentiumque sodalitates, aliasque eiusmodi frequentes instituat; tum institutas omni Pastoralis studio adiuuet, & ad conseruandas illas disciplinae, ac poenitentiae rationes, & ad alias excitandas spiritualium vir-

3. Quaedam quae ad sodalit. pert.

tutum progressionem. Id quò facilius fiat, ardentiorique studio, quotannis aliquando, prout è re esse viderit, litteras promulgari iubeat, quibus Sanctissimus D. N. Gregorius XII I. preclarum spiritualis Indulgentiae donum liberaliter in Domino illis concessit, qui ijs sodalitatibus adscripti, sibi flagella, disciplinamque certis statutis diebus adhibuerint.

2 Praescribat item diem certum, quo in singulos annos illarum sodalitarum homines, qui in Vrbe sunt, vno loco omnes; qui in Diœcesi, omnes item suo quique in oppido, locove in vnum conuenientes; primum contriti, & confessi sacram Eucharistiam sumant; tum solemnem processionem agant, perpetua, grataque memoria prosequentes concessi sibi spiritualis doni gratiam.

3 Nevlle cuiusvis nominis piæ Confratrie instituantur, eriganturve, neve erectæ, aut institutæ Collegij sibi habitum sumant, sine Sedis Apostolicae, vel Episcopi auctoritate, & facultate literis explicata.

4. Quae ad pia loca pert.

4 Sodalitates quascumque seu Confratrias, quæ Disciplinatorum nomine vocantur, Episcopus, ut Tridentino Concilio iustum est, visitet: librosque vel Constitutionum, vel Meditationum, orationumue, si qui in eisdem extant, studiosè recognoscat, nè quid falsum, commentitiumve, aut apocryphum in illis sit; & si quæ inuenerit, quæ emendationem desiderent, illa vel omninò tollere, vel emendare curet.

Sess. 22. c. 8.
2. Tit. 3. dec. 22.

Efficat

5 Efficiat præterea vt Confratres, etiam nominatim non vocati, sed fratras, & solemnes Processiones accedant, easque rectè, atque ordine obeant; vtque non mercede conducti, sed pietatis gratia flagella sibi adhibeant.

6 Easdem item Confratrias in eam pristinam Disciplinatum regulam redigere curent, quæ iussu nostro recognita, & emendata, & huius temporis rationi accommodata, ad communem earum sodalitatatum vsum edetur.

7 Si quæ verò hoc decreto præcepta illi vel contempserint, vel neglexerint; aliaque non obierint, quæ ad eorum sodalitatatis officium pertinent, pro rei grauitate seuerius ab Episcopo corripiantur, sin autem emendari nulla alia ratione poterunt, eorum sodalitates extinguantur eiusdem Episcopi iudicio.

4. Quæ pert.
ad sacr. Ord.

8 Ne verò laici, neue Disciplinatum Confratres, alteriusue cuiusvis Confratriæ homines, ne moniales item, vt Canone vetitum est, benedictionem, thurificationemve, sibi mutuo, neque verò alijs, impartiantur.

5. Quæ ad
Scholas Con-
frat. & ad lo-
ca pia pert.

9 Ne cuiusvis Confratriæ, Scholæ præfectus, in scholæ suæ numero quemquam Doctrinæ Christianæ rudem, atque ignarum ascribi permittat, cuiuscumque ætatis, aut conditionis ille sit. Id verò curæ sit Sacerdoti proprio illius scholæ, vel Parocho, in cuius finibus est.

Nè facinorosi homines, neue turpis vitæ, aut infamiae labe notati, in Disciplinatum, alteriusve generis Confratris ascribantur. Si qui verò iam ascripti sunt, si moniti, honestæ vitæ rationibus se non conformariant, à Confratrum numero, Episcopali auctoritate, & cura amoucantur.

10 Nè à Disciplinatum, Confratrumve alterius generis præfecto cuiquam, qui in Confratria ascribendus sit, amictum, quod insigne Confratriæ est, dari liceat, nisi præfente Parocho, aliove Sacerdote, qui amictum illum stans precibus benedicat.

11 Quem amictum Confratres nè vquam domi, aliove loco; sed in schola asseruent, Qui verò è Confratria aut abibunt, aut eijcientur, illum Confratriæ ipsi dimittant, præfectoq; sine vlla exceptione tradat.

12 Laici Confratres cuiuscumque Confratriæ de fidei dogmatibus nè disceptationes, colloquia, sermonesve habeant. Videat præterea Episcopus diligenter, vt in Oratorijs suis colloquutiones de ijs tantum rebus instituant, quarum tractatio, & colloquutio, laicalis ordinis hominibus conueniat.

13 Ne quicquam, quod vulgari sermone conscriptum sit, in vlla cuiusvis generis Confratria, Scholæ legi, recitariue liceat; nisi primum ab Episcopo, vel ab eo, cui ille mandarit, recognitum sit, &

subscri-

subscriptione comprobatum.

14 Quotempore in Basilica Cathedrali, Ecclesiae Parochiali officium vesperarum celebratur, tunc, nè in vllis Confratris, Scholæve Oratorijs Civitatis, aut loci illius ab eisdem Confratribus recitari liceat officia; sed vel antè, vel post, recitentur; ità tamen, vt non solum eiusmodi officiorum occasione non diuertantur illi à diuinis officijs publicis: sed nec etiam à scholis Doctrinæ Christianæ, in quibus eiusmodi Confratres viles adiutores, & operarij esse solent.

16 Disciplinati, Confratresve cuiuscumque Scholæ, cum processiones, supplicationesve Collegiatim ipsi agunt, Capellanum, Sacerdotemve alium adhibeant: cuius sit, eam religiosam actionem dirigere; nisi cum aliquando sine Sacerdote processionis, supplicationisue agendæ facultatem à Parocho, aut ab Episcopo impetrarint.

17 Nè Confratri cuiquam ad Confratriæ Ecclesiam, Oratoriumve arma vllius generis ferre liceat; nisi pro dignitatis suæ, aut officij, quod gerit, ratione, hoc alicui conueniens sit.

Nemini autem vnuquam, cum Confratriæ amictu indutus est, id liceat.

18 Ne in Confratriarum, Scholarumve Oratorijs, Ecclesijsue cadauera, etiam sodalium sepeliri liceat; nisi id licere ex certis priuilegij tabulis, aut probatæ consuetudinis immemorabili vsu constet Episcopo. Vbi verò Confratribus ius sepulturæ tantum concessum est, alij nemini, neque electionis etiam iure ibi sepeliri liceat, sed nè Confratribus quidem ipsis, nisi per sex menses ante obitum in sodalitate adscriptus sit.

19 Ne cuiquam Confratriæ vsquam eleemosynam queritare liceat; nisi facultate, quæ litteris exarata sit, ab Episcopo impetrata.

20 Nè in vllis disciplinatorum, aliarumve Scholarum Confratria, Officiales, Ministrosve creati, aut eligi liceat; nisi vel Parocho, vel alio Sacerdote ab Episcopo constituto, præsentè; si modo aliud Episcopo non videatur.

21 Multa mala existunt ex prætermissis, & valde his temporibus neglecto, fraternæ correctionis officio, debito ac necessario. Quamobrem curent Episcopi, in sua quisque non solum vrbe; sed in Diocesi etiam, aliquam hominum, qui moribus, viteque innocentia grauiores sint, Sodalitatem constituere, quæ in hoc fraternæ correctionis officium Christiana charitate incumbat: aut hoc ipsum officij munus alteri sodalitati adscribi studeant, quæ id rectè præstare possit.

Cui sodalitati certas fraternè corrigendi regulas præscribant, studio, & opera probatorum Theologorum.

22 Sodalitates illæ duæ, vna virginum, sanctæ Virsulæ, altera viduarum,

3. Quædam, quæ ad sodalitatem pertinet.

4. Quæ ad loca pia pertinet.

rum sanctæ Annæ nomine in aliquot Prouinciæ huius urbibus p̄stituit, ac Religiosis spiritualis disciplinæ regulis conformate, v̄terimos, adiutrice Dei gratia, fructus, & populis, & familijs attulerunt, non modo ad retinendum, sed ad excitandum vehementius in f̄mineo sexu innocentis vitæ omnis Christianæ pietatis, & charitatis studium.

Quare unusquisque Episcopus tūm in vrbe, tūm in oppidis Diocesis suæ insignibus, sodalitatē utramque ut opportunum uiderit, quam diligentissimè erigi, instituiuē curet.

23 Vt odij, dissidijs, atque inimicitijs occurratur, rursusque paci, cuius fideles in primis amantissimi esse debent, tot sanctissimis vinculis inter se iuncti, consulatur, id præter cetera Episcopi paternæ sollicitudine curent, in sua quique vrbe, & Diocesi, aliquam honniam, qui morum grauitatem, spectata integritate, & auctoritate præstantiores Confratriam, ut in huius Prouinciæ nonnullis urbibus instituta iā est, instituere: cuius officium sit, discordiæ flammam restinguere, dissidia amouere, concordiam inire, pacemque inter omnes reconciliare; aut hoc ipsum componendę inter dissidentes paci officium alteri Confratrię adiungant, quę rectè, aptèque id ipsum præstare queat.

6. Quę ad
Confr. pert.

24 Vnicuique Confratrię Episcopus Sacerdotem constitui studeat, vitæ spiritualis usu peritum, benèque in sanctis exercitationibus uersatum, qui salutaribus consilijs monitis, documentis, alijsque officijs Confratres in omnem agendi partem, tamquam pater, & Dux spiritualis conformet.

Conc. Trid.
Sess. 25. c. 13.
de reg. & mo.

25 Vt multarum controuersiarum, dissensionumque, quę in plerisque Confratrijs, ex eo quod priorem locum appetunt multis Prouincię locis magna cum populi offensione oriuntur, occasio tollatur: Nos decernimus eas Confratrias, earum Confratres, Scholaresuē, qui in posterum, locum in publicis processionibus, sumpto de Episcopi aut Sanctę Sedis Apostolicę facultate habitu, sibi dari petierint, atque obtinuerint, debere locum digniorem alijs Confratribus cedere, qui habita antiquiores consueuerunt illas supplicationes antea obire, etiam si ipsę tempore antiquiores sint, maioribusque priuilegijs communitę. Id uerò ita decretum in omni Confratria seruetur; nisi, cum ob causam Episcopo aliter uidebitur.

26 Quę ad sanctę pietatis institutum, atque usum salutariter instituta sunt, Pastoralis cura est, cauere, ne deprauatis moribus corrumpantur. Quoniam agitur in processionibus, quę à nonnullis Confratrijs, societatusuē noctu fiunt, religiosè quidem illis primū institutis, offensio aliqua inesse potest: idcirco ne illas in posterum noctu agi liceat, nisi & Episcopi concessu, & regulis certis ab eo præscriptis.

scriptis. Mulieres autem processiones nocturnas obire interdictum omninò sit.

27 Quæcumque & in hoc quinto Concilio, & in alijs superioribus de disciplinatorum scholis, alijsuè Confratrijs, etiam laicalibus constituta, aut præscripta sunt, ea Episcopus ab illis inuiolatè, integrèque seruari mandet: etiam si in Ecclesijs regularium illè Scholæ, Confraternitatesuè erectæ sint, exerceantur; ità ut si quid contrà ab eisdem vsquàm factum erit, id pro culpæ modo ab Episcopo grauiter puniatur arbitrato suo.

5. Quæ ad Scholas, &c.

FINIS QVINTI LIBRI.

